


3.^a EDICIÓN

Curso de Latín de Cambridge

Unidad III-B

Versión Española de JOSÉ HERNÁNDEZ VIZUETE

Catedrático de Latín del I.B. «Macarena» de Sevilla




Curso de Latín de Cambridge

Unidad III-B

Versión Española de JOSÉ HERNÁNDEZ VIZUETE

Catedrático de Latín del I.B. «Macarena» de Sevilla

3.^a EDICIÓN



CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS



UNIVERSIDAD
de SEVILLA



Publicaciones de la Universidad de Sevilla
Manuales Universitarios

Reservados todos los derechos. Ni la totalidad ni parte de este libro puede reproducirse o transmitirse por ningún procedimiento electrónico o mecánico, incluyendo fotocopia, grabación magnética o cualquier almacenamiento de información y sistema de recuperación, sin permiso escrito del Secretariado de Publicaciones de la Universidad de Sevilla.

1ª EDICIÓN ESPAÑOLA: 1990

2ª EDICIÓN ESPAÑOLA: 1991

3ª EDICIÓN ESPAÑOLA: 1992

4ª REIMPRESIÓN ESPAÑOLA: 1999

EDITA: SECRETARIADO DE PUBLICACIONES. UNIVERSIDAD DE SEVILLA

© SCDC PUBLICATIONS. 1972 83

© De la edición española: Secretariado de Publicaciones
Universidad de Sevilla. 1990

Porvenir, 27 - 41013 Sevilla.

Tlfs.: 954 487 446; 954 487 451; Fax: 954 487 443

E-mail: secpub2@usrec.us.es

© De la versión española: José Hernández Vizuete. 1990

Impreso en España-Printed in Spain

I.S.B.N. DE LA OBRA COMPLETA: 84-7405-600-4


I.S.B.N. DE ESTE VOLUMEN: 84-7405-686-1

Depósito Legal: SE-600-1991


Impresión: Impr. A. Pinelo. Camas - Sevilla

Índice


Escena 29	Rōma	pág.	1
Escena 30	Haterius		25
Escena 31	in urbe		43
Escena 32	Euphrosynē		63
Escena 33	pantomīmus		85
Escena 34	libertus		105
Suplemento Lingüístico			125



Rōma




in mediā Rōmā est mōns nōtissimus, quī Capitōlium appellātur.
in summō Capitoliō stat templum, ubi deus Iuppiter adōrātur.




sub Capitoliō iacet forum Rōmānum.
forum ab ingentī multitudine cīvium cotīdiē complētur.
aliī negōtium agunt; aliī in porticibus stant et ab amicīs
salūtantur; aliī per forum in lectīcīs feruntur. ubīque magnus
strepitus audītur.




aliquandō pompae splendidae
per forum dūcuntur.



prope medium fōrum est
templum Vestae, ubi ignis sacer
ā Virginibus Vestālibus cūrātur.



in extrēmō forō stant Rōstra, ubi
contionēs apud populum
habentur.



prope Rōstra est carcer, ubi
captivī populi Rōmānī
custodiuntur.

nox

nox erat. lūna stēllaeque in caelō serēnō fulgēbant. tempus erat quō hominēs quiēscere solent. Rōmae tamen nūlla erat quiēs, nūllum silentium.

magnīs in domibus, ubi dīvitēs habitābant, cēnae splendidae cōsūmēbantur. cibus sūmptuōsus ā servīs offerēbātur; vīnum optimum ab ancillīs fundēbātur; carmina ā citharoedīs perītissimīs cantābantur.

in altīs autem īnsulīs, nūllae cēnae splendidae cōsūmēbantur, nūllī citharoedī audiēbantur. ibi pauperēs, famē paene cōfectī, vītā miserrimā agēbant. aliī ad patrōnōs epistulās scrībēbant ut auxilium eōrum peterent, aliī scelera ac fūrta committere parābant.

prope forum magnus strepitus audiēbātur. nam arcus magnificus in Viā Sacrā exstruēbātur. ingēns polyspaston arcuī imminēbat. fabrī, quī arcum exstruēbant, dīligentissimē labōrābant. aliī figūrās in arcū sculpēbant; aliī titulum in fronte arcūs īscrībēbant; aliī marmor ad summum arcum tollēbant. omnēs strēnuē labōrābant ut

serēno: serēnus *despejado, tranquilo*

Rōmae *en Roma*

altīs: altus *alto*

īnsulīs: īnsula *bloque de viviendas*

famē: famēs *hambre*

cōfectī: cōfectus *agotado, consumido*

patrōnos: patrōnus *patrono, protector*

arcus *arco*

Viā Sacrā: Via Sacra *la Vía Sacra (calzada que pasaba por el foro)*

polyspaston *grúa*

figūrās: figūra *figura, imagen*

sculpēbant: sculpere *esculpir*

titulum: titulus *inscripción, rótulo*

fronte: frōns *frontispicio*

īscrībēbant: īscribere *grabar, inscribir*

marmor *mármol*

arcum ante lūcem perficerent. nam Imperātor Domitiānus hunc arcum frātrī Titō postrīdiē dēdicāre volēbat. Titum vīvum ōderat; mortuum tamen eum honōrāre cupiēbat. Domitiānus enim favōrem populī Rōmānī, quī Titum maximē dilēxerat, nunc sibi conciliāre 20 volēbat.

praeerat huic operī Quīntus Haterius Latrōniānus, redēptor nōtissimus. eā nocte ipse fabrōs furēns incitābat. aderat quoque Gāius Salvius Liberālis, Hateriī patrōnus, quī eum invicem flāgitābat ut opus ante lūcem perficeret. anxius enim erat Salvius 25 quod Imperātōrī persuāserat ut Haterium operī praeficeret. ille igitur fabrīs, quamquam omnīnō dēfessī erant, identidem imperāvit nē labōre dēsisterent.

Glītus, magister fabrōrum, Haterium lēnīre temptābat.

‘ecce, domine!’ inquit. ‘fabrī iam arcum paene perfēcērunt. 30 ultimae litterae titulī nunc īnscribuntur; ultimae figūrae sculpuntur; ultimae marmoris massae ad summum arcum tolluntur.’

paulō ante hōram prīmam, fabrī arcum tandem perfēcērunt; abiērunt omnēs ut quiēscerent. paulisper urbs silēbat. 35

ūnus faber tamen, domum per forum rediēns, subitō trīstēs fēminārum duārum clāmōrēs audīvit. duae enim captivae, magnō dolōre affectae, in carcere cantābant:

‘mī Deus! mī Deus! respice mē! quārē mē dēseruistī?’

lūcem: lūx *luz del día*

perficerent: perficere *terminar*

dēdicāre *dedicar, consagrar*

operī: opus *obra, construcción*

redēptor *contratista, constructor*

flāgitābat: flāgitāre *pedir con insistencia, apremiar*

dēfessī: dēfessus *agotado, fatigado*

identidem *repetidamente*

ultimae: ultimus *último*

litterae: littera *letra*

massae: massa *bloque*

silēbat: silēre *permanecer en silencio*

dolōre: dolor *dolor, pena*

affectae: affectus *extenuado, quebrantado*

respice: respicere *volver los ojos a, mirar*

quārē: *¿por qué?*



Una vez leída la sección I de esta historia, contesta a las preguntas que vienen a continuación de ella.

Masada

I

ex carcere obscurō, ubi captivī custodiēbantur, tristēs clāmōrēs tollēbantur. duae enim fēminae Iūdaeae, superstitēs eōrum quī contrā Rōmānōs rebellāverant, fortunam suam lūgēbant. altera erat anus septuāgintā annōrum, altera mātērna trīgintā annōs nāta. ūnā cum eīs in carcere erant quīnque liberī, quōrum Simōn nātū 5 maximus sōlācium mātērī et aviae ferre temptābat.

‘māter, nōlī dolōrī indulgēre! decōrum est Iūdaeīs fortitudinem in rēbus adversīs praestāre.’

māter filium amplexa,

‘melius erat’, inquit, ‘cum patre vestrō perīre abhinc annōs 10 novem. cūr tum ā morte abhorruī? cūr vōs servāvī?’

Simōn, hīs verbīs commōtus, mātrem rogāvit quō modō periisset pater atque quārē rem prius nōn nārrāvisset. eam ōrāvit ut omnia explicāret. sed tantus erat dolor māttris ut prīmō nihil dīcere posset. mox, cum sē collēgisset, ad filiōs conversa,

15


‘dē morte patris vestrī’, inquit, ‘prius nārrāre nōlēbam nē vōs quoque perīrētis, exemplum eius imitātī. nunc tamen audeō vōbīs tōtam rem patefacere quod nōs omnēs crās moritūrī sumus.

‘nōs Iūdaeī contrā Rōmānōs trēs annōs ācriter rebellāvimus. annō quārtō iste Beelzebub, Titus, urbem Ierosolymam 20 expugnāvit. numquam ego spectāculum terribilius vīdī: ubīque aedificia flammīs cōsumēbantur; ubīque virī, fēminae, liberī occidēbantur; Templum ipsum ā mīlitibus diripiēbatur; tōta urbs ēvertēbatur. in illā clāde periērunt multa mīlia Iūdaeōrum; sed circiter mīlle superstitēs, duce Eleazārō, rūpem Masadam 25 occupāverunt. tū, Simōn, illō tempore vix quīnque annōs nātus erās.

superstitēs: superstes *superviviente*
 rebellāverant: rebellāre *rebelarse*
 lūgēbant: lūgēre *lamentar, deplorar*
 altera...altera *una...la otra*
 ...annōs nāta *de...años*
 ūnā cum *junto con, con*
 nātū maximus *el mayor*
 aviae: avia *abuela*
 indulgēre *abandonarse, entregarse, ceder*
 rēbus adversis: rēs adversae *adversidad, desgracia*
 amplexa: amplexus *habiendo abrazado*
 abhinc *hace*
 abhorruī: abhorrēre *rehuir*
 exemplum *ejemplo*
 imitatī: imitātus *habiendo imitado*
 crās *mañana*
 Beelzebub *Beelzebub (o Belcebú), demonio, diablo*
 Ierosolymam: Ierosolyma *Jerusalén*
 expugnāvit: expugnāre *tomar por asalto*
 ubīque *por todas partes*
 circiter *alrededor de*
 duce: dux *guía, jefe*
 rūpem: rūpēs *roca, peña*



Moneda del año 71 d.C. que conmemora la caída de Jerusalén. De pie, a la izquierda de la palmera, hay un príncipe victorioso; a la derecha, sentado, un prisionero judío.



La roca de Masada, donde se pueden ver las fortificaciones judías. Obsérvense el campamento romano, abajo a la derecha, y algunas fortificaciones también romanas un poco más arriba.

‘rūpēs Masada est alta et undique praerupta, prope lacum Asphaltitēn sita. ibi nōs, mūnitiōnibus validīs dēfēnsī, Rōmānīs diū resistēbāmus. intereā dux hostium, Lūcius Flāvius Silva, rūpem 30
castellīs multīs circumvēnit. tum militēs, iussū Silvae, ingentem aggerem usque ad summam rūpem exstrūxērunt. deinde aggerem ascendērunt, magnamque partem mūnitiōnum ignī dēlēvērunt. simulatque hoc effēcērunt, Silva militēs ad castra redūxit ut proximum diem victōriamque exspectārent.’ 35

undique *por todas partes, por todos lados*

lacum Asphaltitēn: lacus Asphaltitēs *el lago Asfaltites (el Mar Muerto)*

mūnitiōnibus: mūnitiō *fortificación, defensa*

validīs: validus *fuerte, sólido, resistente*

castellīs: castellum *fortín, fortaleza*

iussū Silvae *por orden de Silva*

aggerem: agger *terraplén*

usque ad *hasta*

ignī: ignis *fuego*

- 1 ¿Qué edad tienen las dos mujeres? ¿Cuántos chicos hay con ellas en la prisión? ¿Qué parentesco une a los chicos con las dos mujeres?
- 2 ¿Cuántos años hace que ha muerto el padre de los chicos?
- 3 ¿Qué dos preguntas hace Simón? ¿Cuál es la respuesta de la madre a la segunda pregunta?
- 4 ¿Qué desastre sufrieron los judíos en su cuarto año de rebelión contra los romanos?
- 5 ¿Qué acción emprendieron los mil judíos supervivientes? ¿Quién era su jefe?
- 6 A juzgar por lo que se dice en las líneas 28-29 y por la fotografía de la pág. 10, ¿por qué crees que los judíos fueron capaces de resistir en Masada tanto tiempo contra los romanos?
- 7 ¿Quién era el general romano en Masada? ¿Qué táctica utilizó para llevar a sus hombres hasta la cima de la roca? Señálalo en la fotografía.

II

‘illā nocte Eleazārus, dē rērum statū dēspērāns, Iūdāeīs cōnsilium dīrum prōposuit.

“magnō in discrīmine sumus”, inquit. “nōs Iūdāeī, Deō cōnfīsī, Rōmānīs adhūc resistimus; nunc illī nōs in servitūtem trahere parant. nūlla spēs salūtis nōbīs ostenditur. nōne melius est perīre 5 quam Rōmānīs cēdere? ego ipse mortem meā manū īnflīctam accipiō, servitūtem spernō.”

‘hīs verbīs Eleazārus Iūdāeīs persuāsit ut mortem sibi cōnscīserent. tantum ardōrem in eīs excitāvit ut, simulac fīnem 10 ōrātiōnī fēcīt, ad exitium statim festīnārent. virī uxōrēs liberōsque amplexī occīdērunt. cum hanc dīram et saevam rem cōnfēcissent, decem eōrum sorte ductī cēterōs interfēcērunt. tum ūnus ex illīs, sorte invicem ductus, postquā novem reliquōs mortī dedit, sē ipsum ferrō trānsfīxit.’

‘quō modō nōs ipsī effūgimus?’ rogāvit Simōn. 15

‘ego Eleazārō pārēre nōn potuī’, respondit māter. ‘vōbīscum in specū latēbam.’

‘ignāva!’ clāmāvit Simōn. ‘ego mortem haudquāquam timeō. ego, patris exemplī memor, eandem fortitūdinem praestāre volō.’

rērum statū: rērum status

situación

discrīmine: discrīmen

situación crítica, peligro

cōnfīsī: cōnfisus *habiendo confiado*

servitūtem: servitūs *esclavitud*

īnflīctam: īnfligere *causar, producir,*

infligir

mortem sibi cōnscīserent: mortem

sibi cōnscīscere *darse muerte, suicidarse*

ardōrem: ardor *ardor, pasión,*

entusiasmo

sorte ductī *echados a suerte, elegidos*

por sorteo

reliquōs: reliquus *restante*

ferrō: ferrum *espada*

specū: specus *cueva*

memor *en recuerdo de*

eandem *la misma*



Tiesto procedente de Masada con el nombre de Ben Ya'ir, o Eleazar.

Gramática

- 1 En la Unidad I te encontraste oraciones como éstas:

puer clāmōrem **audit**. *Un niño escucha el grito.*
 ancilla vīnum **fundēbat**. *Una esclava servía el vino.*

Las palabras en trazo grueso son formas *activas* del verbo.

- 2 En la Escena 29 te has encontrado oraciones como éstas:

clāmōr ā puerō **audītur**. *El grito es escuchado por un niño.*
 vīnum ab ancillā **fundēbātur**. *El vino era servido por una esclava.*

Las palabras en trazo grueso son formas *pasivas* del verbo.

- 3 Compara las formas activas y pasivas siguientes:

presente de indicativo

<i>activo</i>	<i>pasivo</i>
portat	portātur
<i>lleva</i>	<i>es llevado</i>
portant	portantur
<i>llevan</i>	<i>son llevados</i>

pretérito imperfecto de indicativo

portābat	portābātur
<i>llevaba</i>	<i>era llevado</i>
portābant	portābantur
<i>llevaban</i>	<i>eran llevados</i>

- 4 He aquí algunos ejemplos más del presente de indicativo pasivo:

1 cēna nostra ā coquō nunc parātur. (*Compáralo con la forma activa: coquus cēnam nostram nunc parat.*)

2 multa scelera in hāc urbe cotīdiē committuntur.

3 laudantur; dūcitur; rogātur; mittuntur.

Otros ejemplos del pretérito imperfecto pasivo:

4 candidātī ab amīcīs salūtābantur.

(*Compara: amīcī candidātōs salūtābant.*)

5 fābula ab āctōribus in theātrō agēbātur.

6 audiēbantur; laudābātur; necābantur; tenēbātur.



arcus Titi

I

postrīdiē māne ingēns Rōmānōrum multitūdō ad arcum Titi
conveniēbat. diēs fēstus ab omnibus cīvibus celebrābatur.
Imperātor Domitiānus, quod eō diē frātrī Titō arcum dēdicātūrus
erat, pompam magnificam nūntiāverat. clāmōrēs virōrum
fēminārumque undique tollēbantur. spectātōrum tanta erat 5
multitūdō ut eī quī tardius advēnērunt nūllum locum prope arcum
invenīre possent. eīs cōsistendum erat procul ab arcū vel in forō vel
in viīs. nam iussū Imperātōris pompa tōtam per urbem dūcēbātur.

multae sellae ā servīs prope arcum pōnēbantur. illūc multī
senātōrēs, spē favōris Domitiānī, conveniēbant. inter eōs Salvius, 10
togam splendidam gerēns, locum quaerēbat ubi cōspicius esset.

inter equitēs, quī post senātōrēs stābant, aderat Haterius ipse. favōrem Imperātōris avidē spērābat, et in animō volvēbat quandō ā Salviō praemium prōmissum acceptūrus esset.

āra ingēns, prō arcū exstrūcta, ā servīs flōribus ōrnābātur. vīgintī 15 sacerdotēs, togās praetextās gerentēs, circum āram stābant. haruspīcēs quoque aderant quī exta victimārum inspicerent. avium cursus ab auguribus dīligenter notābātur.

dēdicātūrus erat *iba a dedicar, iba a*
consagrar
 tardius *más tarde*
 vel...vel o...o; *bien...bien*
 cōspiciuus *visible*
 equitēs *caballeros (miembros de una*
clase social inferior a la de los
senadores)
 quandō *cuándo*

acceptūrus esset *recibiría, iba a recibir*
 exta *entrañas*
 avium: avis *ave*
 cursus *vuelo, rumbo*
 auguribus: augur *augur*
 notābātur: notāre *observar*


II

intereā pompa lentē per Viam Sacram dūcēbātur. prīmā in parte incēdēbant tubicinēs tubās īnflantēs. post eōs vērēbunt iuvenēs quī trigintā taurōs corōnīs ōrnātōs ad sacrificium dūcēbant. tum multī servī, quī gāzam Iūdāeōrum portābant, prīmam pompae partem claudēbant. huius gāzae pars pretiōsissima erat mēnsa sacra, tubae, 5 candēlābrum, quae omnia aurea erant.

septem captīvī Iūdāeī, quī mediā in pompā incēdēbant, ā spectātōribus vehementer dēridēbantur. quīnque puerī, serēnō

gāzam: gāza *tesoro*

claudēbant: claudere *cerrar*



vultū incēdentēs, clāmōrēs et contumēliās negligēbant, sed duae
fēminae plūrimīs lacrimīs spectātōrēs ōrābant ut liberīs parcerent. 10

post captīvōs vēnit Domitiānus ipse, currū magnificō vectus. quia
Pontifex Maximus erat, togam praetextam gerēbat. post
Imperātorem ambō ibant cōsulēs, quōrum alter erat L. Flāvius
Silva. cōsulēs et magistrātūs nōbilissimī effigiem Titī in umerīs
portābant. ā mīlitibus pompa claudēbātur. 15

ad arcum pompa pervēnit. Domitiānus, ē currū ēgressus ut
sacrificium faceret, senātōrēs magistrātūsque salūtāvit. tum oculōs
in arcum ipsum convertit. admīrātiōne affectus, Imperātor Salvium
ad sē arcessitum maximē laudāvit. eī imperāvit ut Hateriō grātiās
ageret. inde ad āram prōgressus, cultrum cēpit quō victimam 20
sacrificāret. servus eī iugulum taurī obtulit. deinde Domitiānus,
victimam sacrificāns, frātrī Titō precēs adhibuit:

‘tibi, dīve Tite, haec victima nunc sacrificātur; tibi hic arcus
dēdicātur; tibi precēs populī Rōmānī adhibentur.’

subitō, dum Rōmānī oculōs in sacrificium intentē dēfigunt, 25
Simōn occāsionem nactus prōsiluit. mediōs in sacerdotēs irrūpit;
cultrum rapuit. omnēs spectātōrēs immōtī stābant, audāciā eius
attonitī. Domitiānus, pavōre commōtus, pedem rettulit. nōn
Imperātorem tamen, sed mātrem, aviam, frātrēs Simōn petivit.
cultrum in manū tenēns clāmāvit, 30

‘nōs, quī superstitēs Iūdaeōrum rebellantium sumus, Rōmānīs
servīre nōlumus. mortem obīre mālumus.’

haec locūtus, facinus dīrum commisit. mātrem et aviam
amplexus cultrō statim occidit. tum frātrēs, haudquāquam
resistentēs, eōdem modō interfecit. postrēmō magnā vōce populum 35
Rōmānum dētestātus sē ipsum cultrō trānsfixit.

vultū: vultus *rostro, semblante*

currū: currus *carro*

vectus: vehere *transportar, llevar*

quia *porque*

Pontifex Maximus *el Sumo Pontífice*

cōsulēs: cōsul *cónsul*

magistrātūs: magistrātus *magistrado*

admīrātiōne: admīrātiō *admiración*

inde *entonces*

cultrum: culter *cuchillo*

dīve: dīvus *divino*

dum *mientras*

dēfigunt: dēfigere *fijar, clavar*

nactus *hallando, aprovechando*

pedem rettulit: pedem referre *retroceder*

mālumus: mälle *preferir*

eōdem modō *de la misma manera*

Gramática

- 1 En la Escena 26 te encontraste proposiciones finales introducidas por «ut»:

senex īnsidiās īnstrūxit ut fūrēs caperet.

El anciano tendió una emboscada para capturar a los ladrones.

- 2 En la Escena 29 te has encontrado proposiciones finales introducidas por el pronombre relativo «quī»:

fēmina servum mīsīt quī cibum emeret.

La mujer envió un esclavo para que comprara comida.

También te has encontrado proposiciones finales introducidas por «ubi»:

locum quaerēbāmus ubi stārēmus.

Buscábamos un sitio donde colocarnos o

Buscábamos un sitio para colocarnos.

- 3 Otros ejemplos:

1 sacerdotēs haruspīcem arcessīvīt quī exta īnspiceret.

2 senātor gemmam pretiōsam quaerēbat quam uxōrī daret.

3 Haterius quīnque fabrōs ēlēgit quī figūrās in arcū sculperent.

4 domum emere volēbam ubi filius meus habitāret.

Ejercicios

- 1 Observa atentamente cómo se forman estos verbos y di el significado de los que no están traducidos:

currere
correr

dēcurrere
bajar corriendo

excurrere
salir corriendo

recurrere
volver corriendo

iacere
arrojar

dēicere

ēicere

reicere
arrojar hacia atrás

trahere
tirar de, arrastrar echar abajo

dētrahere

extrahere

retrahere

salīre
saltar

dēsilīre

exsilīre
saltar fuera

resilīre

cadere
caer

dēcidere

excidere
caer (fuera)

recidere

Los verbos que hay en las columnas segunda, tercera y cuarta se llaman *verbos compuestos*.

Di el significado de los siguientes verbos compuestos:

exīre, ēmittere, expellere, ērumpere, effundere;

dēmittere, dēpōnere, dēspicere;

redūcere, remittere, redīre, respicere, repōnere, referre,

revenīre, recipere, revocāre.

- 2 Completa estas oraciones con la forma correcta del pretérito imperfecto de subjuntivo de los verbos que van entre paréntesis y luego tradúcelas:

Por ejemplo: equitēs īnsidiās parāvērunt ut ducem hostium
 (capere)

Respuesta: equitēs īnsidiās parāvērunt ut ducem hostium
 caperent.

Los jinetes prepararon una emboscada para capturar al jefe de los enemigos.

Las formas del pretérito imperfecto de subjuntivo se encuentran en la sección Suplemento Lingüístico, p. 142.

- 1 fabrī strēnuē labōrāvērunt ut arcum (perficere)
- 2 Domitiānus ad āram prōcessit ut victimam
 (sacrificāre)
- 3 ad forum contendēbāmus ut pompam (spectāre)
- 4 barbarī facēs in manibus tenēbant ut templum
 (incendere)
- 5 extrā carcerem stābam ut captīvōs (custōdīre)

- 3 Completa estas oraciones con la forma del participio que más convenga de las que hay en la relación que se te ofrece y luego tradúcelas. No uses ningún participio más de una vez.

dūcēns	labōrāns	sedēns	incēdēns	clāmāns
dūcentem	labōrantem	sedentem	incēdentem	clāmantem
dūcentēs	labōrantēs	sedentēs	incēdentēs	clāmantēs

- 1 videō Salvium prope arcum
- 2 fabrī, in Viā Sacrā, valdē dēfessī erant.
- 3 nōne audīs puerōs?
- 4 iuvenis, victimam, ad āram prōcessit.
- 5 spectātōrēs captīvōs, per viās, dērīdēbant.

4 Traduce estas oraciones castellanas al latín escogiendo correctamente las palabras latinas entre las dos que se te ofrecen:

1 *Los ciudadanos, complacidos por el espectáculo, aplaudieron.*

cīvis	spectāculum	dēlectātus	plaudunt
cīvēs	spectāculō	dēlectātī	plausērunt

2 *Reconocí a la esclava que servía el vino.*

ancilla	quī	vīnum	fundēbat	agnōvī
ancillam	quae	vīnō	fundēbant	agnōvit

3 *Habiendo regresado a la orilla del río, los soldados se detuvieron.*

ad rīpam	flūmine	regressī	mīlitēs	cōstitērunt
ad rīpās	flūminis	regressōs	mīlitum	cōstitērunt

4 *La mujer, estando sentada en la prisión, contó una historia triste.*

fēmina	in carcerem	sedēns	fābulam	trīstis	nārrat
fēminae	in carcere	sedentem	fābulae	trīstem	nārrāvit

5 *Vimos el altar adornado de flores.*

āram	flōrī	ōrnāta	vīdī
ārās	flōribus	ōrnātam	vīdimus


6 *Mataron con espadas a los prisioneros que dormían.*

captīvī	dormientem	gladiōs	occīdērunt
captivōs	dormientēs	gladiīs	occīdit

El foro romano

El foro romano (forum Rōmānum) era no solamente el centro social y comercial de la ciudad; era también el centro de todo el imperio. Para simbolizar este hecho, el emperador Augusto colocó en el foro un miliario de oro (mīliārium aureum) que señalaba el punto de partida de las calzadas que salían de la ciudad y llegaban a todos los rincones del imperio.

La gente corriente de Roma acudía en gran número al foro, unas veces para visitar los templos y los edificios públicos, otras para escuchar a los oradores o contemplar una procesión y otras simplemente para estar con los amigos y deambular ociosamente por allí, deteniéndose de vez en cuando para



El foro.

charlar, para presenciar una riña o para regatear con un vendedor ambulante que pasara a su lado.

En los enormes salones de las basílicas los abogados pleiteaban en presencia de una audiencia concurrida y a menudo bulliciosa, y los mercaderes y banqueros realizaban sus transacciones comerciales. Los senadores iban camino de su sede (*cūria*) para dirigir los asuntos de gobierno bajo la jefatura del emperador. A veces la comitiva de un entierro cruzaba el foro, acompañada de ruidosas lamentaciones y música bastante sonora; en otras ocasiones la multitud se veía obligada a dejar paso a un noble rico, al que sus esclavos transportaban por el foro en una litera y al que escoltaba una larga fila de ciudadanos.

El foro estaba situado entre dos montes, el Capitolio y el Palatino. Sobre el Capitolio, en el extremo occidental del Foro, se erguía el Templo de Júpiter Optimo Máximo, que era el centro de la religión estatal romana. Aquí era adonde acudía el emperador romano a rezar por la conservación y seguridad del pueblo romano; y aquí era también donde los cónsules juraban sus cargos el primero de enero de cada año al comienzo de su consulado. En el Palatino se hallaba la residencia del emperador. En tiempos de Augusto ésta había sido una residencia pequeña y sencilla; pero los emperadores posteriores fueron construyendo palacios cada vez más suntuosos.

A los pies del Capitolio estaban los «Rostra», que eran una especie de estrado desde donde se pronunciaban los discursos oficiales al pueblo. Esta tribuna tomaba su nombre de los «rōstra» (proas de naves, que los romanos habían capturado en una batalla naval unos siglos atrás) que se utilizaron para adornarla. Uno de los más famosos discursos emitidos desde los Rostra fue el que Marco Antonio pronunció en presencia del cadáver de Julio César el 44 a.C. La multitud que lo escuchaba estaba tan enardecida por las palabras de Antonio y tan irritada por el asesinato de César que se amotinó, se apoderó del cuerpo del dictador y lo incineró en el propio foro. Más tarde se construiría un templo en memoria de César en el extremo oriental del foro, en el preciso lugar donde su cadáver había sido incinerado.


No lejos de los Rostra se hallaba la prisión. En ella, se custodiaba a los prisioneros de guerra, como los siete prisioneros de las historias de esta Escena, antes de ser llevados en desfile triunfal por las calles de Roma. Luego volvían a la cárcel y eran ajusticiados.

A las afueras mismas del foro, junto al templo de Julio César, existía un pequeño edificio redondo con el techo en forma de cono. Era el templo de Vesta, en el que las Vírgenes Vestales cuidaban de que el fuego sagrado de la ciudad estuviera permanentemente encendido.

A lo largo del foro discurría la Vía Sacra (Calle o Calzada Sagrada), que era la avenida por donde pasaban las procesiones

religiosas y los desfiles militares. Cuando los romanos celebraban una victoria militar, el desfile triunfal recorría la ciudad y acababa pasando por la Vía Sacra en dirección al templo de Júpiter en el Capitolio, donde el general victorioso celebraba un acto de acción de gracias. La lectura de las págs. 14-16 describe un acontecimiento bastante parecido: la dedicación del arco de Tito por parte del emperador Domiciano el 81 d.C. En esta ocasión la procesión debió seguir la Vía Sacra pero en dirección Este hasta salir del foro y ascender por una suave pendiente hasta el arco mismo. Este arco conmemoraba la victoria de Tito, hermano de Domiciano, sobre los judíos. En la historia de las págs. 8-12 se narran las últimas resistencias de los judíos en Masada, su fortaleza próxima al Mar Negro.

El «forum Romanum» no fue el único foro de la ciudad. En el momento de ocurrir los acontecimientos de la presente Escena



ya se habían construido otros dos foros, el de César y el de Augusto; más tarde los emperadores Nerva y Trajano hicieron otros dos. El más espléndido de ambos fue el foro de Trajano, que cobijaba la famosa Columna que conmemoraba las victorias de este emperador sobre los dacios. Pero ninguno de estos otros foros reemplazó al Foro Romano como corazón político, religioso y comercial de la ciudad. Si un romano decía a otro: «Nos vemos luego en el foro», quería decir sin duda el Foro Romano.

Lista de control del vocabulario

aliī...aliī – *unos...otros*

aliquandō – *algunas veces, a veces*

amplexus, amplexa, amplexum – *habiendo abrazado*

audācia, audāciae – *audacia, osadía*

carmen, carminis – *canto, poema*

circumveniō, circumvenīre, circumvēnī, circumventus – *rodear*

corōna, corōnae – *corona, guirnalda*

cursus, cursūs – *carrera, rumbo*

dēfessus, dēfessa, dēfessum – *fatigado, agotado*

dolor, dolōris – *dolor, pena*

ferrum, ferrī – *hierro, espada, puñal*

incēdō, incēdere, incessī – *avanzar, marchar*

liberī, liberōrum – *hijos*

lūx, lūcis – *luz, luz del día*

mālō, mālle, mālūi – *preferir*

obscurus, obscura, obscurum – *oscuro, tenebroso*

odī – *(yo) odio*

perficiō, perficere, perfēcī, perfectus – *terminar*

populus, populī – *pueblo*

prius – *antes*

quiēs, quiētis – *reposo, tranquilidad, descanso*

redūcō, redūcere, redūxī, reductus – *llevar hacia atrás, hacer volver*

salūs, salūtis – *salvación, salud*

scelus, sceleris – *crimen*

serviō, servīre, servīvī – *servir (como esclavo)*


sors, sortis – *sorteo, suerte*

spernō, spernere, sprēvī, sprētus – *despreciar, desdeñar, rechazar*

undique – *de todas partes, por todos lados*

vester, vestra, vestrum – *vuestro*


vīvus, vīva, vīvum – *vivo*



Haterius



Haterius: quam fēlix sum!
heri arcus meus ab Imperātōre dēdicātus est.
heri praemium ingēns mihi ā Salviō prōmissum est.
hodiē praemium exspectō . . .



Haterius: anxius sum.
arcus meus nūper ab Imperātōre laudātus est.
nūllum tamen praemium adhūc mihi ā Salviō missum est.
num ego ā Salviō dēceptus sum?
minimē! Salvius vir probus est . . .

Una vez leída esta narración contesta a las preguntas del final.

dignitās

cīvēs Rōmānī, postquam arcus ab Imperātōre dēdicātus est, quattuor diēs fēstōs celebrāvērunt. templa vīsītābant ut dīs grātiās agerent; Circum Maximum cotīdiē complēbant ut lūdōs magnificōs ā cōsulibus ēditōs spectārent; ad arcum ipsum conveniēbant ut figurās in eō sculptās īspicerent. plūrimī clientēs domum Salvīi 5 veniēbant quī grātulātiōnēs eī facerent. Salvius ipse summō gaudiō affectus est quod Imperātor arcum Hateriī valdē laudāverat.

apud Haterium tamen nūllae grātulantium vōcēs audītae sunt. neque clientēs neque amīcī ab eō admissī sunt. Haterius, irā commōtus, sōlus domī manēbat. adeō saeviēbat ut dormīre nōn 10

dīs = deīs: deus *dios*

Circum Maximum: Circus Maximus

*el Circo Máximo (estadio enorme
dedicado a las carreras de carros)*


ēditōs: ēdere *organizar, ofrecer*

clientēs: cliēns *cliente*

grātulātiōnēs: grātulātiō *felicitación,
congratulación*

gaudiō: gaudium *satisfacción, alegría, gozo*

grātulantium: grātulāns *el que felicita*



Bustos procedentes de los relieves de la tumba de los Haterios, probablemente Haterio y Vitellia.

posset. quattuor diēs noctēsque vigilābat. quīntō diē uxor, Vitellia nōmine, quae nesciēbat quārē Haterius adeō irātus esset, eum mollire temptābat. ingressa hortum, ubi Haterius hūc illūc ambulābat, eum anxia interrogāvit.

Vitellia: cūr tam vehementer saevīs, mī Haterī? et amīcōs et 15
clientēs, quī vērunt ut tē salūtarent, domō abēgistī.
neque ūnum vērbum mihi hōs quattuor diēs dīxistī. sine
dubiō, ut istum arcum cōnficerēs, nimis labōrāvistī,
neglegēs valētūdinis tuae. nōne melius est tibi ad
villam rūsticam mēcum abīre? nam rūrī, cūrās oblītus, 20
quiēscere potes.

Haterius: quō modō ego, tantam iniūriam passus, quiēscere
possum?

Vitellia: verba tua nōn intellegō. quis tibi iniūriam intulit?

Haterius: ego ā Salviō, quī mihi favēre solēbat, omnīnō dēceptus 25
sum. prō omnibus meis labōribus ingēns praemium mihi
ā Salviō prōmissum est. nūllum praemium tamen, nē
grātiās quidem, accēpī.

Vitellia: contentus estō, mī Haterī! redēptor nōtissimus es, cuius
arcus ab Imperātōre ipsō nūper laudātus est. multa 30
aedificia pūblica exstrūxistī, unde magnās dīvitias
comparāvistī.

Haterius: dīvitias floccī nōn faciō. in hāc urbe sunt plūrimī
redēptōrēs quī opēs maximās comparāvērunt. mihi
autem nōn dīvitiae sed dignitās est cūrae. 35

Vitellia: dignitās tua amplissima est. nam nōn modo dītissimus es
sed etiam uxōrem nōbilissimā gente nātam habēs. Rūfilla,
soror mea, uxor est Salviī quī tibi semper fāvit et saepe tē
Imperātōrī commendāvit. quid aliud ā Salviō accipere
cupis? 40

Haterius: volō ad summōs honōrēs pervenīre, sicut illī Hateriī quī
abhinc multōs annōs cōsulēs factī sunt. praesertim
sacerdōs esse cupiō; multī enim virī, sacerdotēs ab
Imperātōre creatī, postea ad cōsulātum pervēnērunt.
sed Salvius, quamquam sacerdotium mihi identidem 45
prōmīsīt, fidem nōn servāvit.

Vitellia: nōlī dēspērāre, mī Haterī! melius est tibi ad Salvium īre blandisque verbīs ab eō hunc honōrem repetere.

Haterius: mihi, quī redēptor optimus sum, nōn decōrum est honōrēs ita quaerere. 50

Vitellia: cōsiliū optimum habēō. invītā Salvium ad āream tuam! ostentā eī polyspaston tuum! nihil maius nec mīrābilius umquam antea factum est. deinde Salvium admīrātiōne affectum rogā dē sacerdotiō.

vigilābat: vigilāre *estar despierto, estar en vela*

quintō: quīntus *quinto*

hūc illūc *de un lado a otro, de acá para allá*

abēgistī: abigere *echar fuera*

valētūdinis: valētūdō *salud*

rūrī *en el campo*

oblītus *habiendo olvidado*

prō *a cambio de, por*

nē...quidem *nī siquiera*

estō! *¡está!*

pūblica: pūblicus *público*

dīvitiās: dīvitiāe *riquezas*

est cūrae *es objeto de atención*

amplissima: amplissimus *muy grande, muy amplio*

ditissimus: dives *rico*

commendāvit: commendāre

recomendar

cōsulātum: cōsulātus *consulado*

sacerdotiū *sacerdocio*

fidem...servāvit: fidem servāre

mantener una promesa, mantener la palabra

āream: ārea *solar (destinado a la edificación)*

ostentā: ostentāre *mostrar orgullosamente*
nec *ni*

- 1 ¿Cuánto duró la fiesta que siguió a la dedicación del arco? Durante la fiesta ¿qué hacía la gente (a) en los templos, (b) en el Circo Máximo y (c) en el propio arco?
- 2 ¿A qué venían los clientes de Salvio a la casa de éste? ¿Qué ocurrió con los clientes de Haterio?
- 3 ¿Qué piensa en un primer momento Vitelia que le ocurre a Haterio? ¿Qué le sugiere ésta que haga?
- 4 ¿Por qué piensa Haterio que no ha sido bien tratado?
- 5 Explica el motivo que tiene Haterio para decir «dīvitiās floccī nōn faciō» (línea 33).
- 6 ¿Qué honores quiere recibir Haterio en un futuro próximo?
- 7 ¿Por qué rechaza Haterio el consejo que le da Vitelia en las líneas 47-48? Explica que es lo que quiere decir Haterio con la palabra «ita» (línea 50).
- 8 ¿Qué le sugiere Vitelia que haga (líneas 51-52)? ¿En qué sentido piensa ella que eso le va a servir a Haterio para conseguir lo que pretende?

Gramática

- 1 En esta Escena te has encontrado el *pretérito perfecto pasivo*. Compáralo con el pretérito perfecto activo:

pretérito perfecto activo

senex fūrem **accūsāvit**.

El anciano ha acusado al ladrón o el anciano acusó al ladrón.

Rōmānī hostēs

superāvērunt.

Los romanos han vencido a los enemigos o los romanos vencieron a los enemigos.

pretérito perfecto pasivo

fūr ā sene **accūsātus est**.

El ladrón ha sido acusado por el anciano o el ladrón fue acusado por el anciano.

hostēs ā Rōmānīs

superātī sunt.

Los enemigos han sido vencidos por los romanos o los enemigos fueron vencidos por los romanos.

- 2 Estas son las formas del pretérito perfecto pasivo:

portātus sum (Yo) he sido llevado o fui llevado

portātus es (Tú) has sido llevado o fuiste llevado

portātus est etc.

portātī sumus

portātī estis

portātī sunt

- 3 Te habrás dado cuenta de que las formas del pretérito perfecto pasivo constan de dos palabras:

- 1 el participio perfecto pasivo (p. ej. «portātus») en singular o plural,
- 2 la forma del presente del verbo «sum» de la persona que corresponda.

4 Otros ejemplos:

- 1 arcus ab Imperātōre dēdicātus est.
(*Compara*: Imperātor arcum dēdicāvit.)
- 2 multī nūntiī ad urbem missī sunt.
- 3 dux hostium ā mīlitibus captus est.
- 4 audītus est; invītātī sunt; dēceptī sumus; laudātus es.

polyspaston

postrīdiē Haterius Salvium ad āream suam dūxit ut polyspaston eī ostentāret. ibi sedēbat ōtiōsus Glitus magister fabrōrum. quī cum dominum appropinquantem cōspexisset, celeriter surrēxit fabrōsque diligentius labōrāre iussit.

tōta ārea strepitū labōrantium plēna erat. columnae ex marmore 5
pretiōsissimō secābantur; laterēs in āream portābantur; ingentēs marmoris massae in plastra pōnēbantur. Haterius, cum fabrōs labōre occupātōs vīdisset, Salvium ad aliam āreae partem dūxit. ibi stābat ingēns polyspaston quod ā fabrīs parātum erat. in tignō polyspastī sēdēs fixa erat. tum Haterius ad Salvium versus, 10
‘mī Salvī’, inquit, ‘nōne mīrābile est hoc polyspaston? fabrī meī id exstrūxērunt ut marmor ad summum arcum tollerent. nunc autem tibi tālem urbis prōspectum praestāre volō quālem paucī umquam vīdērunt. placetne tibi?’

Salvius, ubi sēdem in tignō fīxam vīdit, palluit. sed, quod fabrī 15
oculōs in eum dēfīxōs habēbant, timōrem dissimulāns in sēdem

laterēs: later *ladrillo*

tignō: tignum *madero, viga*

sēdēs *asiento*

fixa erat: fīgere *fijar, sujetar*

tālem...quālem *tal...cual, tal...como*

prōspectum: prōspectus *vista, perspectiva*

timōrem: timor *miedo, temor*

dissimulāns: dissimulāre *ocultar, disimular*

cōnsēdit. iuxtā eum Haterius quoque cōnsēdit. tum fabrīs imperāvit ut fūnēs, quī ad tignum adligātī erant, summīs vīribus traherent. deinde tignum lentē ad caelum tollēbātur. Salvius pavōre paene cōnfectus clausīs oculīs ad sēdem haerēbat. ubi tandem oculōs 20 aperuit, spectāculō attonitus,

‘dī immortalēs!’ inquit. ‘tōtam urbem vidēre possum. ecce templum Iovis! ecce flūmen! ecce amphitheātrum Flāvium et arcus novus! quam in sōle fulget! Imperātor, simulatque illum arcum vīdit, summā admīrātiōne affectus est. mihi imperāvit ut grātiās 25 suās tibi agerem.’

cui respondit Haterius,

‘maximē gaudeō quod opus meum ab Imperātōre laudātum est. sed praemium illud quod tū mihi prōmīsistī nōndum accēpī.’

Salvius tamen vōce blandā,

30

‘dē sacerdotiō tuō’, inquit, ‘Imperātōrem iam saepe cōnsulūi, et respōsum eius etiam nunc exspectō. aliquid tamen tibi intereā offerre possum. agellum quendam possideō, quī prope sepulcra Metellōrum et Scīpiōnum situs est. tūne hunc agellum emere velīs?’

quae cum audīvisset, Haterius tantō gaudiō affectus est ut dē 35 tignō paene dēcideret.


‘ita vērō’, inquit, ‘in illō agellō, prope sepulcra gentium nōbilissimārum, ego quoque sepulcrum splendidum mihi meisque exstruere velim, figūrīs operum meōrum ōrnātum; ita enim nōmen factaque mea posterīs trādere possum. prō agellō tuō igitur 40 sēstertium vīciēns tibi offerō.’

Salvius sibi rīsīt; agellus enim eī grātīs ab Imperātōre datus erat.

‘agellus multō plūris est’, inquit, ‘sed quod patrōnus sum tuus tibi faveō. mē iuvat igitur sēstertium tantum trīciēns ā tē accipere. placetne tibi?’

45

Haterius libenter cōnsēnsit. tum fabrīs imperāvit ut tignum lentē dēmitterent. itaque ambō humum rediērunt, alter spē immortalitātis elātus, alter praesentī pecūniā contentus.



Grúa del relieve de la tumba de los Haterios.

iuxtā *junto a*
 fūnēs: fūnis *soga, maroma*
 adligātī erant: adligāre *atar, amarrar*
 vīribus: vīrēs *fuerzas*
 Iovis: Iuppiter *Júpiter (dios del cielo, el más importante de los dioses romanos)*
 amphitheatrum Flāvium *el anfiteatro Flavio (llamado hoy Coliseo)*
 nōndum *todavía no*
 blandā: blandus *lisonjero, halagador*
 agellum: agellus *campo pequeño, campito*
 quendam: quīdam *uno, un cierto*
 sepulcra: sepulcrum *tumba, sepulcro*
 Metellōrum: Metellī *los Metelos (célebre familia romana)*
 Scipionum: Scipionēs *los Escipiones (célebre familia romana)*
 meīs: meī *los míos, mi familia*
 facta: factum *hecho, trabajo, obra, hazaña*
 posterīs: posterī *descendientes*
 sēstertium vīciēs *dos millones de sestercios*
 multō plūris est *vale mucho más*
 mē iuvat *me complace*
 sēstertium...trīciēs *tres millones de sestercios*
 humum *a tierra, al suelo*
 immortalitātis: immortalitās *inmortalidad*
 ēlātus *arrebataado, emocionado, ilusionado*
 praesentī: praesēns *inmediato, contante*

Gramática

- 1 Ya te has encontrado el *pretérito pluscuamperfecto pasivo*. Compáralo con el pretérito pluscuamperfecto activo:

pret. pluscuamperfecto activo

servus dominum **vulnerāverat**. *Un esclavo había herido al amo.*

pret. pluscuamperfecto pasivo

dominus ā servō **vulnerātus erat**. *El amo había sido herido por un esclavo.*

- 2 Las formas del pretérito pluscuamperfecto pasivo son las siguientes:

portātus eram	(Yo) había sido llevado
portātus erās	(Tú) habías sido llevado
portātus erat	etc.
portātī erāmus	
portātī erātis	
portātī erant	

Cada persona del pretérito pluscuamperfecto pasivo se forma con el participio de perfecto pasivo (p. ej. «portātus») y con la forma del pretérito imperfecto del verbo «sum» de la persona que corresponda (p. ej. «erat»).

- 3 Otros ejemplos:

- 1 Simōn ā mātrem servātus erat.
(*Compara: māter Simōnem servāverat*).
- 2 custōdēs prope arcum positī erant.
- 3 fabrī dīligenter labōrāre iussī erant.
- 4 Haterius ā Salviō dēceptus erat.
- 5 pūnītī erant; missus erat; audītus eram.

Ejercicios

- 1 Observa atentamente la forma y el significado de los adjetivos y de los sustantivos siguientes y di el significado de los que no están traducidos:

benignus	<i>afable</i>	benignitās	<i>afabilidad</i>
īnfirmus	<i>débil</i>	īnfirmitās	<i>debilidad</i>
suāvis	<i>dulce</i>	suāvitās	
probus	<i>honrado</i>	probitās	
līber		libertās	<i>libertad</i>
avidus		aviditās	<i>avidez, codicia</i>
immortālis		immortālitās	
gravis	<i>grave, pesado</i>	gravitās	
sevērus		sevērītās	
celer		celeritās	
līberālis		līberālītās	

Di el significado de los nombres siguientes:

crūdēlitās, tranquillitās, calliditās, ūtilitās, paupertās, caecitās, fēlicitās.

- 2 Traduce estas oraciones; luego con la ayuda de los cuadros de la declinación de los nombres (Suplemento Lingüístico, pp. 128-129) pasa las palabras que están en **negrita** de singular a plural y vuelve a traducir.

- 1 mīles perfidus **amīcum** dēseruit.
- 2 dux virtūtem **legiōnis** laudāvit.
- 3 Imperātor multōs honōrēs **libertō** dedit.
- 4 iūdex epistulam **testī** trādīdit.
- 5 hostēs in **silvā** latēbant.
- 6 puella, **flōre** dēlectāta, suāviter rīsīt.
- 7 barbarī **vīllam agricolae** incendērunt.
- 8 rēx pecūniam **mātrī puerī** reddīdit.

3 Completa estas oraciones con la palabra apropiada y tradúcelas:

1 mercātor, ē carcere, dīs grātiās ēgit. (liberātus, liberātī)

2 māter, verbīs Eleazārī, cum liberīs in specum fūgit. (territus, territa)

3 Salvius epistulam, ab Imperātōre, legēbat. (scrīpta, scrīptam)

4 nāvēs, tempestāte paene, tandem ad portum revēnērunt. (dēlētus, dēlēta, dēlētae)

5 centuriō septem milītēs, gladiīs, sēcum dūxit. (armātī, armātōs, armātīs)

4 Traduce cada pareja de oraciones; luego únelas usando «cum» y pretérito pluscuamperfecto de subjuntivo. Vuelve a traducir.

Por ejemplo: hospitēs advēnērunt. coquus cēnam intulit.
Los invitados llegaron. El cocinero sirvió la cena.

Esto pasa a: cum hospites advēnissent, coquus cēnam intulit.
Habiendo llegado los invitados, el cocinero sirvió la cena.

Las formas del pretérito pluscuamperfecto de subjuntivo están en el Suplemento Lingüístico (p. 142).


1 barbarī fūgērunt. milītēs ad castra revēnērunt.

2 servus iānuam aperuit. senex intrāvit.

3 Imperātor arcum dēdicāvit. senātōrēs populusque plausērunt.

4 fabrī polyspaston parāvērunt. Haterius Salvium ad āream dūxit.

5 rem perfēcimus. domum rediimus.




Edificios representados en relieve en la tumba de los Haterios. A la izquierda, el Coliseo, en el centro, un arco de triunfo (visto lateralmente) y, a la derecha, el arco de Tito.

Los constructores romanos

Los diversos relieves que hay en la tumba de los Haterios, sobre todo la grúa, nos sugieren que al menos un miembro de la familia fue un próspero contratista de obras. Desconocemos sus tres nombres, pero en las historias le hemos puesto el nombre de Quinto Haterio Latroniano. Una de sus contratas fue la de la construcción de un soberbio arco de triunfo en memoria del emperador Tito, muy querido por el pueblo, que murió tras un breve reinado de sólo dos años (79-81 d.C.). En la Escena 29, hemos imaginado a un Haterio que intenta angustiado terminar la obra la noche anterior a la de la dedicación del arco por parte del nuevo emperador, Domiciano, y que en la Escena presente trata de alcanzar su recompensa.

Con la colaboración de un arquitecto, que le facilitaría el proyecto y la orientación técnica, él debió emplear a su vez a otros subcontratistas que le suministrarían los materiales y le aportarían la mano de obra. La mayor parte de ésta estaría compuesta de esclavos y hombres libres pobres no cualificados, que trabajaban sólo ocasionalmente, pero también habría artesanos expertos como carpinteros, albañiles y canteros. La labor de los carpinte-



ros consistía en montar un armazón de madera para dar forma y sostener los arcos mientras se estaban construyendo (vid. el dibujo anterior). Eran también los encargados de levantar los andamiajes y de construir los moldes de madera para dar forma al hormigón. Los canteros se encargaban de extraer las piedras de las canteras y transportarlas, generalmente en barcazas por el río Tíber, hasta la misma obra, antes de tallar la elegante decoración y de preparar los bloques para colocarlos en su sitio. Los paneles exquisitamente tallados del arco de Tito muestran el desfile triunfal del general con los prisioneros y los tesoros capturados en el saqueo de Jerusalén del año 70 d.C.

Muchas de nuestras herramientas artesanales modernas son la herencia casi sin modificar de aquellas que usaban los artesanos romanos (por ejemplo, mazos, cinceles, palancas, sierras y cepillos), claro que con la importante diferencia de que los romanos no disponían de los pequeños motores eléctricos que hacen que las herramientas sean hoy más rápidas y menos fatigosas de manejar.


Los bloques de piedra ya preparados eran izados por medio de grúas movidas por hombres. El relieve de la grúa de Haterio de la pág. 33 nos la muestra de perfil y por consiguiente no podemos verla en detalle. Constaba de dos montantes de madera, que formaban el aguilón o brazo de la grúa, unidos en la parte superior y separados en la base. La maroma de la grúa se deslizaba

sobre dos poleas: una estaba en la punta superior del aguilón y la otra en el sitio donde la carga se sujetaba con la maroma. Una vez que había sobrepasado las poleas, la soga bajaba hasta un tambor de enrollado, que giraba por la acción de una rueda adosada al costado de la grúa y accionada por dos o tres hombres metidos dentro de ella. Las grúas pequeñas tenían, en lugar de esta rueda, un cabrestante con los radios salientes que se accionaba a mano. Esta combinación de poleas y maromas multiplicaba la fuerza desarrollada por los músculos humanos de manera que un grupo pequeño de hombres podía levantar cargas que pesaban incluso ocho o nueve toneladas. Para evitar que la grúa volcara, unas sogas de sostén que estaban firmemente ancladas en el suelo tiraban del aguilón en sentido contrario al de la carga, también con la ayuda de poleas. Estas máquinas eran sin duda difíciles de manejar, lentas y peligrosas, pero no hay duda de que eran eficaces.

Otro elemento importante en la construcción era el cemento de gran calidad usado en las obras. Los ingredientes más importantes de este material tan versátil y fácil de producir eran (1) cal, que se obtenía calentando trozos de roca caliza a altas temperaturas y triturándola después hasta convertirla en polvo, (2) arena fina y (3) arcilla. Los tres componentes se mezclaban con agua hasta conseguir una argamasa suave. De esta forma el cemento era un adhesivo excelente que podía extenderse en finas capas entre los ladrillos o las piedras, como se hace hoy, y que una vez seco los mantenía firmemente unidos.

Los romanos mezclaban también el cemento con cascotes, tales como piedras troceadas, ladrillos rotos o trozos de tejas, para construir el núcleo interior de las paredes. Esto aportaba la ventaja de que los materiales más caros, ya sea la piedra de calidad o el ladrillo, se reservaban sólo para recubrir las superficies exteriores; éstos a su vez iban revestidos frecuentemente de una capa de enlucido y pintados con colores llamativos. Cuando se tenía dinero para ello se usaba también para recubrir las superficies exteriores el mármol, cortado en placas delgadas.

Los romanos fueron asimismo los primeros en utilizar el hormigón, cemento mezclado con cascotes, como sustituto de la pie-



Interior de la cúpula del Panteón.

dra en la construcción de arcos y bóvedas. En efecto, los romanos descubrieron que el hormigón, cuando se le daba la forma combada de un arco o una bóveda, era lo suficientemente resistente como para cubrir amplios espacios sin el soporte complementario de pilares y que podía sostener la carga de estructuras pesadas. Los romanos no fueron el primer pueblo en usar el hormigón, pero mejoraron su calidad y lo utilizaron en gran escala de una manera totalmente nueva. Lo usaron, por ejemplo, en la construcción de los acueductos que abastecían Roma con varios millones de litros diarios de agua corriente, o en el Panteón, un templo cuya bóveda de hormigón y ladrillo, en buen estado de

conservación actualmente, tiene un diámetro de 43 metros y se eleva otro tanto sobre el nivel del suelo. También lo usaron en la construcción del inmenso anfiteatro Flavio (llamado desde la Edad Media Coliseo), que tenía cabida para 50.000 espectadores y que es otra de las obras de Haterio que ha sobrevivido hasta nuestros días (vid. p. 102).

No todos los edificios, por supuesto, se construían tan sólidamente. La mayor parte de los habitantes de la Roma del s. I d.C. se alojaba en una vasta red de viviendas, muchas de ellas casas de vecinos (*īnsulae*) de varias plantas, que se construían más económicamente, generalmente con ladrillo y madera. Estos bloques tenían fama de ser poco resistentes y de ser fácil pasto de las llamas. Para reducir estos peligros el emperador Augusto limitó su altura a 21 metros como máximo y organizó unas brigadas contra incendios.

A pesar de todo, de vez en cuando se declaraban graves incendios. En el año 80 d. C. ocurrió uno y cuando al año siguiente Domiciano se convirtió en emperador continuó el programa de reparaciones emprendido por Tito. Restauró el templo de Júpiter Optimo Máximo del Capitolio que había resultado dañado gravemente en dicho incendio. Construyó además otros templos, un estadio, una sala de conciertos e incluso un lago artificial para celebrar batallas navales, todo ello sin duda para realzar la prestancia y la majestad del emperador.

La jactanciosa frase de Augusto («*urbem latericiam accepi, marmoream reliqui*», esto es, «Recibí una Roma de ladrillos y he dejado una de mármol») fue a todas luces una exageración. En efecto, en los espacios que quedaban entre las bibliotecas, las termas y los templos recubiertos de mármol se apiñaban las casas de la gente corriente. Muchos constructores pasaron seguramente la mayor parte de su tiempo construyendo este tipo de viviendas, que el poeta Juvenal describe como «sostenidas por bastones». Pero si se les presentaba la ocasión de un contrato sustancioso y de un desafío técnico, los constructores romanos hacían un uso desafiante del hormigón, de las grúas y de los arcos; y Domiciano, que estaba decidido a realzar el esplendor de la capital de su imperio, mantuvo a arquitectos y constructores muy ocupados la mayor parte de su reinado.

Lista de control del vocabulario

adhūc – *hasta ahora*

afficiō, afficere, affēcī, affectus – *afectar, debilitar*

ambō, ambae, ambō – *los dos, ambos*

cōsulō, cōsulere, cōsuluī, cōsultus – *consultar*

creō, creāre, creāvī, creātus – *crear, producir, nombrar*

dēmittō, dēmittere, dēmīsī, dēmīssus – *hacer bajar, dejar caer*

dīves, *gen.* dīvitis – *rico*

dīvitiae, dīvitiārum – *riquezas*

dubium, dubiī – *duda*

extruō, extruere, extrūxī, extrūctus – *construir*

fēstus, fēsta, fēstum – *de fiesta, festivo*

iniūria, iniūriae – *injusticia, injuria, daño*

lūdus, lūdī – *juego*

magister, magistrī – *jefe (de los artesanos), maestro*

nātus, nāta, nātum – *nacido*

nimis – *demasiado*

omnīnō – *completamente*

opus, operis – *obra, construcción*

pallēscō, pallēscere, palluī – *palidecer*

pavor, pavōris – *pavor, terror, espanto*

praestō, praestāre, praestitī – *mostrar, proporcionar*

praetereā – *además*

quārē? – *¿por qué?*

sēdēs, sēdis – *asiento*

sepulcrum, sepulcrī – *sepulcro, tumba*

sōl, sōlis – *sol*

soror, sorōris – *hermana*

strepitus, strepitūs – *ruido, estrépito*


tempestās, tempestātis – *tempestad*

timor, timōris – *temor, miedo*


Escena 31




in urbe




diēs illūcēscēbat.




diē illūcēscēte, multī saccāriī in
rīpā flūminis labōrābant.




saccāriīs labōrantibus, advēnit
nāvis. nautae nāvem
dēligāvērunt.




nāve dēligātā, saccāriī
frūmentum expōnere coepērunt.




frūmentō expositō, magister
nāvis pecūniam saccāriīs
distribuit.



pecūniā distribūtā, saccārii ad
tabernam proximam
festināverunt.



tandem sōl occidere coepit.



sōle occidente, saccārii ā tabernā
ēbrii discesserunt, omnī pecūniā
cōsumptā.

adventus

diē illucēscēte, ingēns Rōmānōrum multītūdō viās urbis complēbat. pauperēs ex īnsulīs exībant ut aquam ē fontibus pūblicīs traherent. senātōrēs ad fōrum lectīcīs vehēbantur. in rīpīs flūminis Tiberis, ubi multa horrea sita erant, frūmentum ē nāvibus ā saccāriīs expōnēbātur. servī, quī ā vēnālīciīs ex Āfricā importātī 5 erant, ē nāvibus dūcēbantur, catēnīs gravibus vīnctī.

ex ūnā nāvium, quae modo ā Graeciā advēnerat, puella pulcherrima exiit. epistulam ad Haterium scīptam manū tenēbat. sarcinae eius ā servō portābantur, virō quadrāgintā annōrum. tot tantaeque erant sarcinae ut servus eās ferre vix posset. 10

sōle ortō, puella ad Subūram advēnit. multītūdine clāmōribusque hominum valdē obstupefacta est. tanta erat multītūdō ut puella cum summā difficultāte prōcēderet. mendīcī, quī ad compita sedēbant, manūs ad praetereuntēs porrigēbant. ubīque sonitus labōrantium audiēbātur: ā crepidāriīs calceī 15 reficiēbantur; ā ferrāriīs gladiū excūdēbantur; ā fabrīs tigna secābantur. fabrī, puellā vīsā, clāmāre coepērunt; puellam verbīs procācibus appellāvērunt. quae tamen, clāmōribus fabrōrum neglēctīs, vultū serēnō celeriter praeteriit. servum iussit festīnāre nē domum Hateriī tardius pervenīrent. 20

eōdem tempore multī clientēs per viās contendēbant ut patrōnōs salūtārent. aliī, scissīs togīs ruptisque calceīs, per lutum lentē ībant. eīs difficile erat festīnāre quod lutum erat altum, viae angustae, multītūdō dēnsa. aliī, quī nōbilī gente nātī sunt, celeriter prōcēdēbant quod servī multītūdinem fūstibus dēmōvēbant. 25 clientēs, quī sicut unda per viās ruēbant, puellae prōcēdentī obstābant.

illūcēscēte: illūcēscere *amanecer*

lectīcīs: lectīca *litera, silla de mano*

Tiberis (*el río*) *Tíber*

saccāriīs: saccārius *trabajador portuario, estibador*

expōnēbātur: expōnere *desembarcar, descargar*

catēnīs: catēna *cadena*

modo *recientemente*

sarcinae *equipaje, bolsas de viaje*

ortō: ortus *habiendo salido*

Subūram: Subūra *la Subura (barrio de Roma concurrido y ruidoso al norte del foro)*

obstupefacta est: obstupefacere *llenar de estupor, aturdir, sorprender*

mendīcī: mendīcus *mendigo*

compita: compitum *cruce*

porrigēbant: porrigere *tender, extender*

crepidāriīs: crepidārius *zapatero*

ferrāriīs: ferrārius *herrero*

excūdēbantur: excūdere *forjar*

fabrīs: faber *carpintero, artesano, obrero*

procācibus: procāx *procaz, desvergonzado*

appellāverunt: appellāre *llamar, hablar*

ruptīs: rumpere *romper*

lutum *barro, lodo, fango*



Una vez leída la sección I de esta historia, responde a las preguntas que vienen a continuación.

salūtatiō

I

prīmā hōrā clientēs ante domum Hateriī conveniēbant. omnēs, oculis in iānuam dēfixis, patrōnī favōrem exspectābant. aliī beneficium, aliī sportulam spērābant. puella, servō adstante, in extrēmā parte multitudinis cōstitit; ignāra mōrum Rōmānōrum, in animō volvēbat cūr tot hominēs illā hōrā ibi stārent.

iānuā subitō apertā, in līmine appāruit praecō. corpus eius erat ingēns et obēsum, vultus superbus, oculi maligni. clientēs, praecōne vīsō, clāmāre statim coepērunt. eum ōrāvērunt ut sē ad patrōnum admitteret. ille tamen superbē circumspēctāvit neque quicquam prīmō dīxit.

omnibus tandem silentibus, praecō ita coepit:

‘dominus noster, Quīntus Haterius Latrōniānus, ratiōnēs suās

subdūcit. iubet igitur trēs cīvēs ratiōnibus testēs subscribere. cēdite C. Iūliō Alexandrō, C. Memmiō Prīmō, L. Venūlēiō Aprōniānō.’

quī igitur, auditīs nōminibus suis, alacriter prōgressī domum 15 intrāvērunt. cēterī autem, oculīs in vultum praecōnis dēfīxīs, spē favōris manēbant.

‘ad cēnam’, inquit praecō, ‘Haterius invitat L. Volusium Maeciānum et M. Licinium Prīvātum. Maeciānus et Prīvātus decimā hōrā redire iubentur. nūnc autem cēdite aliīs! cēdite 20 architectō C. Rabīriō Maximō! cēdite T. Claudiō Papīriō!’

dum illī per iānuam intrant, cēterīs nūntiāvit praecō:

‘vōs omnēs iubet Haterius tertiā hōrā sē ad forum dēdūcere.’

hīs verbīs dictīs, paucōs dēnāriōs in turbam sparsit. clientēs, nē sportulam āmitterent, dēnāriōs rapere temptāvērunt. inter sē 25 vehementer certābant. intereā puella immōta stābat, hōc spectāculō attonita.

salūtātiō *visita matinal (en la que los clientes saludan a sus patronos)*

sportulam: sportula *esportilla, esportula (donación de comida o de dinero)*

extrēmā parte: extrēma pars *parte exterior, borde*

līmine: limen *umbral, entrada*

praecō *pregonero, heraldo*

malignī: malignus *maligno, pērfido*
superbē *arrogantemente*

ratiōnēs...subdūcit: ratiōnēs subdūcere *hacer cuentas*

subscribere *firmar*

alacriter *animosamente, prontamente*

dēdūcere *acompañar, escoltar*

- 1 ¿En qué momento del día se desarrolla esta narración?
- 2 ¿Dónde se colocó la muchacha? ¿Qué le pareció extraño?
- 3 ¿Quién apareció en la entrada cuando se abrió la puerta? Descríbelo. ¿Qué comenzaron a hacer los clientes cuando lo vieron?
- 4 ¿Por qué crees que el heraldo guardó silencio en un primer momento?
- 5 ¿Por qué podemos decir que todos los clientes mencionados en la línea 14 son ciudadanos romanos? ¿Por qué podemos también decir que ninguno de ellos era liberto de Haterio?
- 6 ¿Cuál es la impresión que produce el orden de palabras de las líneas 18-19 («ad cēnam...Haterius invitat...et M. Licinium Prīvātum»)?
- 7 Por las declaraciones que hace el heraldo, señala dos ejemplos de pequeñas obligaciones que los clientes tenían que cumplir

en favor de su patrono y un ejemplo de un favor concedido por los patronos a los clientes.

- 8 ¿Por qué crees que el heraldo arroja las monedas entre la multitud de clientes (línea 24) en lugar de entregar el dinero en la mano?



II

iānuā tandem clausā, abīre clientēs coepērunt. aliī dēnāriīs collēctīs abiērunt ut cibum sibi suisque emerent; aliī spē pecūniae dēiecti invītī discessērunt. Haterium praecōnemque vituperābant.

deinde servō puella imperāvit ut iānuam pulsāret. praecōnī regressō servus,

5

‘ecce!’ inquit. ‘domina mea, Euphrosynē, adest.’

‘abī, scelestē! nēmō alius hodiē admittitur’, respondit praecō superbā vōce.

‘sed domina mea est philosopha Graeca doctissima’, inquit servus. ‘hūc missa est ā Quīntō Hateriō Chrȳsogonō ipsō, Hateriī 10 lībertō, quī Athēnīs habitat.’

‘īnsānīvit igitur Chrȳsogonus’, respondit praecō. ‘odiō sunt omnēs philosophī Hateriō! redeundum vōbīs est Athēnās unde missī estis.’

servus arrogantiā praecōnis īrātus, nihilōminus perstitit. 15

‘sed Eryllus’, inquit, ‘quī est Hateriō arbiter ēlegantiae, epistulam ad Chrȳsogonum scrīpsit in quā eum rogāvit ut philosopham hūc mitteret. ergō adsumus!’

hīs verbīs audītis, praecō, quī Eryllum haudquāquam amābat, magnā vōce, 20

‘Eryllus!’ inquit. ‘quis est Eryllus? meus dominus Haterius est, nōn Eryllus! abī!’

haec locūtus servum in lutum dēpulit, iānuamque clausit. Euphrosynē, simulatque servum humī iacentem vīdit, eius īram lēnīre temptāvit. 25

‘nōlī’, inquit, ‘mentem tuam vexāre. nōs decet rēs adversās aequō animō ferre. nōbīs crās reveniendum est.’

suīs: suī *los suyos*

spē...dēiectī *defraudados en su esperanza*

philosophā *filósofa*

Athēnīs *en Atenas*

odiō sunt: odiō esse *ser odioso*

redeundum vōbīs est *debéis volver, tenéis que volver*

nihilōminus *no obstante*

perstitit: perstāre *persistir, obstinarse*

arbiter *árbitro, juez*

ēlegantiae: ēlegantia *buen gusto, elegancia*

ergō *por consiguiente, por tanto*

dēpulit: dēpellere *echar (abajo)*

mentem: mēns *mente, pensamiento*

aequō animō *con serenidad*

Gramática

- 1 Observa atentamente estas dos oraciones:

mīlitēs discessērunt.

Los soldados se marcharon.

urbe captā, mīlitēs discessērunt.

Capturada la ciudad, los soldados se marcharon.

La frase que está en caracteres gruesos se compone de un nombre («urbe») y de un participio en *ablativo* («captā»). Las expresiones de esta clase se llaman *ablativos absolutos* y se usan mucho en latín.

- 2 Las frases de ablativo absoluto se pueden traducir de muy diferentes maneras. Así el ejemplo del párrafo 1 se podría traducir también:

Cuando se hubo capturado la ciudad, los soldados se marcharon.

O bien:

Después de haber sido capturada la ciudad, los soldados se marcharon.

- 3 Aquí tienes otros ejemplos:

1 arcū dēdicātō, cīvēs domum rediērunt.

2 pecūniā āmissā, ancilla lacrimāre coepit.

3 victimīs sacrificātīs, haruspex ōmina nūntiāvit.

4 duce interfectō, hostēs dēspērābant.

5 mercātor, clāmōribus audītīs, ē lectō perterritus surrēxit.

6 senātor, hāc sententiā dictā, cōnsēdit.

- 4 En cada uno de los ejemplos anteriores el participio en ablativo absoluto es un participio perfecto pasivo. Pero también se pueden hacer frases en ablativo absoluto con el participio presente. Por ejemplo:

omnibus tacentibus, libertus nōmina recitāvit.

Callándose todos (o guardando todos silencio), el liberto leyó en voz alta los nombres. O bien:

Cuando todos guardaron silencio, el liberto leyó en voz alta los nombres.

Aquí tienes otros ejemplos:

1 custōdibus dormientibus, captīvī effūgērunt.

2 pompā per viās prōcēdente, spectātōrēs vehementer plausērunt.

3 Imperātor, sacerdotibus adstantibus, precēs dīvō Titō obtulit.

Las expresiones de ablativo absoluto se pueden formar también con el participio perfecto activo. Por ejemplo:

dominō ēgressō, servī garrīre coepērunt.

Habiendo salido el amo, los esclavos comenzaron a charlar. O bien:

Después que el amo se marchó, los esclavos se pusieron a charlar.

Otros ejemplos:

4 mercātōre profectō, rēs dīra accidit.

5 nūntiīs ā Britannīā regressīs, imperātor senātōrēs arcessīvit.

6 cōsule haec locūtō, omnēs cīvēs attonitī erant.

Ejercicios

- 1 Observa atentamente cómo se forman los verbos que vienen a continuación y di el significado de los que no están traducidos:

īre <i>ir</i>	abīre	circumīre <i>ir alrededor,</i> <i>rodear</i>	inīre
dūcere <i>conducir</i>	abdūcere	circumdūcere	indūcere <i>conducir dentro,</i> <i>introducir</i>
ferre <i>llevar</i>	auferre <i>llevarse</i>	circumferre	īnferre

Di el significado de los verbos siguientes:

abicere, āvertere, abesse;
circumstāre, circumvenīre, circumspectāre, circumpōnere;
inesse, inicere, īnsilīre, īfundere, incurrere, immittere,
irrupere.

- 2 Completa estas oraciones con la palabra correcta y tradúcelas:
- 1 multī leōnēs in Āfricā quotannīs (capitur, capiuntur)
 - 2 ecce! ille senex ā latrōnibus (petitur, petuntur)
 - 3 Haterius ā clientibus nunc (salūtātur, salūtantur)
 - 4 milītēs in ōdinēs longōs ā centuriōnibus
(īnstruēbātur, īnstruēbantur)
 - 5 oppidum ā barbarīs ferōcibus (oppugnābātur, oppugnābantur)
 - 6 victimae ā sacerdotē (ēligēbātur, ēligēbantur)
- 3 Completa estas oraciones con la palabra más adecuada de las que se te ofrecen y luego tradúcelas:
- portābantur, fraude, vītārent, adeptī, morbō, abēgisset
- 1 puerī in fossam dēsiluērunt ut perīculum
 - 2 Haterius, Salvī dēceptus, cōnsēnsit.

- 3 multae amphorae in triclinium
 4 senex, gravī afflīctus, medicum arcessivit.
 5 praecō, cum Euphrosynēn servumque, iānuam clausit.
 6 clientēs, sportulam, abiērunt.

Gramática

- 1 En la Escena 27 encontraste ejemplos de imperativas subordinadas o indirectas introducidas por «ut»:

imperāvit nūntiīs ut redīrent.

Ordenó a los mensajeros que regresaran.

- 2 Desde la Escena 29 en adelante, te has encontrado imperativas subordinadas introducidas por «nē»:

imperāvit nūntiīs nē redīrent.

Ordenó a los mensajeros que no regresaran.

Otros ejemplos:

- 1 haruspex iuvenem monuit nē nāvigāret.
 2 fēminae mīlitēs ōrāvērunt nē liberōs interficerent.
 3 mercātor amīcō persuāsit nē vīllam vēnderet.


- 3 También te has encontrado proposiciones finales introducidas por «nē»:

senex pecūniam cēlāvit nē fūrēs eam invenīrent.

El anciano ocultó el dinero para que los ladrones no lo encontraran.

He aquí otros ejemplos:

- 1 per viās celeriter contendēbāmus nē tardī ad arcum advenīrēmus.
 2 in fossā latēbam nē hostēs mē cōspicerent.
 3 imperātor multum frūmentum ab Aegyptō importāvit nē cīvēs famē perīrent.



La ciudad de Roma

El crecimiento de la ciudad de Roma se produjo de una manera anárquica, carente de planificación y de sistema, y absolutamente opuesta al cuidadoso modelo ortogonal de otras ciudades romanas. Roma era una ciudad superpoblada, como podemos comprobar si comparamos su superficie y su población con la de dos áreas metropolitanas modernas:


	<i>población</i>	<i>superficie (km.²)</i>
Los Angeles	2.970.000	1.204
El Gran Manchester	2.770.000	982
Roma (s. I d.C.)	1.000.000 <i>aprox.</i>	21

Por su flanco occidental la ciudad limitaba con el río Tíber. Los barcos transportaban río arriba las mercancías procedentes del puerto costero de Ostia y las descargaban en los muelles y mercados de la ciudad. Un poco más arriba, una vez pasados los

almacenes y los muelles, el río se veía dividido en dos brazos, en un breve tramo, por la Isla del Tíber (*īnsula Tiberīna*). Esta isla de perfil alargado (se puede ver en el dibujo de la pág. 43) había sido modificada con obras para que diera la impresión de ser un barco navegando por el río y por ello tenía una proa ornamental (*rōstrum*); había en ella un templo dedicado a Esculapio, el dios de la medicina, adonde acudían muchos pacientes en busca de curación.

En la narración de la pág. 47, Eufrosine y su esclavo desembarcan cerca de la Isla del Tíber y luego marchan en dirección noreste. Bordeando probablemente las faldas del Capitolio cruzarían por el foro romano (descrito en la Escena 29) y pasarían por delante del Palatino donde tenía su palacio el emperador Domiciano.

Eufrosine y el esclavo continuarían luego por la Subura, área al norte del foro densamente poblada, repleta de tiendas y de bloques de viviendas (*īnsulae*). Los habitantes de este barrio eran en su mayoría pobres, y algunos pobres de necesidad; allí vivían



Casas de vecinos modernas del barrio de la Subura que han incorporado a su estructura los muros antiguos, lo que nos indica que la calle baja todavía por la colina manteniendo su trazado primitivo.


barberos, zapateros, carniceros, herreros, verduleros, prostitutas y rateros. Varios escritores romanos hacen referencia a la Subura y ofrecen una descripción muy viva de sus ruidos, su suciedad y sus aglomeraciones. El pasaje siguiente de Juvenal describe una calle de Roma que podría fácilmente situarse en la Subura:

«Tengo prisa, pero me encuentro bloqueado; me impide el paso la oleada que va delante y el gran tropel de gente que viene detrás me oprime los riñones. Uno me clava el codo, otro el duro brazo de una litera; éste me da un golpetazo en la cabeza con una viga, aquél con una vasija de vino; las piernas me chorrean lodo; de pronto una enorme planta me pisa el pie entero por todas partes y el clavo de la bota de un soldado se me hince en un dedo».

Muchos romanos ricos y aristócratas residían en la colina llamada Esquilino, que quedaba al este de la Subura. Allí gozaban de paz y retiro en enormes mansiones, rodeadas de jardines porticados y de parques que contrastaban bruscamente con los tugurios de la Subura y los bloques de viviendas de los pobres. En las lecturas de la Unidad III-B se cuenta imaginariamente que la casa de Haterio, en la que termina el largo viaje de Eufrosine, se encontraba en el Esquilino.

Entre los lugares más conocidos de Roma estaban el Circo Máximo (al sur del Palatino), donde se celebraban las carreras de carros, el Coliseo (véase p. 102) que quedaba entre el Esquilino y el extremo oriental de la Vía Sacra, y la Llanura de Marte o Campo de Marte (Campus Martius, en latín) al oeste de la ciudad, antiguamente terreno de instrucción militar, que ahora ofrecía un espacio abierto tan necesario para recreo de la población en general.

Cruzaba la ciudad en varias direcciones una red de acueductos, que abastecían de agua a la misma a razón de 900 millones de litros diarios. Las casas de los ciudadanos ricos estaban conectadas directamente a esta red por medio de tuberías que llevaban el agua hasta sus depósitos particulares; los pobres tenían que salir a recogerla a las fuentes públicas que existían en las esquinas de las calles. La ciudad disponía también de un sistema de alcantarillas muy avanzado. Un complicada red de canales



Maqueta del Aqua Claudia al llegar al Palatino.

subterráneos se llevaba las aguas sucias y las sobrantes de las casas privadas ricas, de las termas públicas, de las fuentes y de las letrinas hasta conectar con el colector principal (la Cloaca Maxima) que las depositaba en el Tíber.

La ciudad encerraba muchos riesgos e incomodidades para sus habitantes. Como hemos visto en la Escena 30 (p. 41) eran frecuentes los incendios y las «insulae» de los barrios pobres solían estar mal construidas y no era raro que se derrumbaran. Ya hemos mencionado antes el hacinamiento de personas en las viviendas y la congestión de las calles; aunque el tránsito rodado estaba prohibido en el centro de la ciudad durante el día, se producían no obstante obstrucciones causadas por las carretas de los constructores, como Haterio, que no lo tenían prohibido. Las enfermedades eran un peligro que se cernía continuamente sobre los barrios más pobres y más poblados; el crimen y la violencia eran algo corriente por las noches en las calles sin iluminar de la ciudad. Roma era una ciudad de crudos contrastes, en la que uno solía hallar simultáneamente el esplendor y la miseria y que podía resultar por tanto un lugar para vivir apasionante o desagradable.

Patronos y clientes

La historia de las págs. 48-51 nos muestra un aspecto de la sociedad romana que consistía en que un patrono (patrōnus)

prestaba ayuda y protección a otros ciudadanos (clientes) menos ricos y con menos poder que él, los cuales le ofrecían a su vez una serie de servicios.

Había varias clases de «patrocinio», pero todos estaban basados en el mismo principio, a saber, el patrono ofrecía protección y recibía a cambio un servicio. Si el emperador nombraba a un senador cónsul para el año siguiente, esto era un ejemplo de patrocinio. Un patrono podía poner en relación a un mercader con útiles contactos de negocio; un patrono de un poeta podía, por ejemplo, agenciarle una audiencia para recitar su obra o proporcionarle dinero o regalos, a veces en cantidades muy generosas. En cada uno de estos casos el patrono esperaba a su vez no sólo agradecimiento sino favores. El poeta, por ejemplo, ensalzaría a su patrono en sus versos; los romanos considerarían este hecho no como una adulación zalamera, sino como algo normal y justo.

Las cartas escritas por Plinio nos ofrecen a menudo ejemplos de patrocinio en pleno funcionamiento. Una vez en que a Plinio se le pidió que interviniera con su palabra en un juicio, éste transigió con la condición de que a un amigo suyo joven, que era un gran abogado pero que no había tenido todavía ocasión de mostrar sus buenas dotes, se le permitiera pronunciar también un discurso. Y en otra ocasión en que un amigo suyo, llamado Erucio, se presentó como candidato a unas elecciones, Plinio no tuvo inconveniente en escribir a un ex cónsul muy influyente (y, sin duda alguna, a otras personas también), solicitando que apoyara a Erucio y que convenciera a otros para hacer lo mismo. Plinio era también patrono de su ciudad natal, Como, que estaba en el norte de Italia, y de la pequeña ciudad de Tiferno, que estaba junto al Tíber. Regaló varios edificios e incluso dinero a ambas ciudades.

Pero el tipo más corriente de patrocinio es el que se ve en la narración de las págs. 48-51, en el que el patrono protegía a un determinado número de personas pobres que dependían en gran medida de él a la hora de obtener apoyos, empleo o incluso la mera subsistencia. Estas personas eran conocidas con el nombre de «clientes». Era obligación del cliente el presentarse cada mañana en la casa de su patrono para realizar la «salūtātiō» o saludo ceremonial, en el que recibía un obsequio llamado «sportula». En el pasado la sportula consistía en una sportilla con comida, pero en tiempos de Domiciano era generalmente dinero; la cantidad

solía ser unos 6,25 sestericios. Era la costumbre que el cliente se presentara vestido de toga para la «salutatio» o saludo matinal. Se tenía que dirigir a su patrono con la palabra «domine»; el poeta Marcial se lamenta de que una vez que se olvidó de hacerlo así, el patrono lo castigó no entregándole la «sportula».

Además de la «sportula» el cliente podía recibir de su patrono ayudas de otro tipo. El patrono podía darle su consejo en una situación delicada, hacerle regalos ocasionales, encontrarle quizás trabajo o defenderlo ante la justicia. El cliente podía ser invitado a cenar en casa de su patrono de vez en cuando. En dichas cenas, según conocemos por los airados comentarios de varios escritores romanos, algunos patronos servían vinos y comidas de dos categorías: unos de mejor calidad para ellos y sus amigos íntimos y otros inferiores para los clientes. Algunos patronos obraban así para ahorrar dinero, pero otros lo hacían para dejar bien a las claras la inferior categoría social de sus clientes.

A cambio de esta protección el patrono esperaba de sus clientes no sólo que vinieran cada mañana a rendir su «salutatio», sino a prestar varios servicios y cumplir ciertos encargos en su favor. Por ejemplo, éste les podía pedir que algunos de ellos lo acompañaran cuando acudiera al foro para un asunto oficial, que fueran testigos de la firma de algún documento legal, que aplaudieran los primeros si pronunciaba públicamente un discurso ante los tribunales o en alguna otra parte o que colaboraran con él en los períodos electorales. Parece probable que a muchos clientes no les sería difícil cumplir con estas obligaciones, pero sí les resultarían aburridas y les robarían tiempo.

Tanto patronos como clientes sacaban provecho de este sistema de relación. El gobierno no proporcionaba ningún tipo de asistencia o ayuda social a los pobres, aparte del reparto gratuito de trigo o, en algunas ocasiones, de dinero; por eso el patrono suponía un medio importante de apoyo para el cliente. La ventaja mayor para el patrono consistía en que podía recurrir a los servicios de sus clientes cuando los necesitara; y disponer de un amplio número de clientes era algo bueno para su propio prestigio y reputación social.

Es preciso mencionar aquí otro tipo especial de relación patrono-cliente (la veremos más detenidamente en la Escena 34): la relación entre un amo y su antiguo esclavo. Cuando un esclavo alcanzaba la libertad, se convertía automáticamente en cliente del antiguo amo

y éste en su patrono. La palabra «patrōnus» se utilizaba a veces tanto con el significado de «ex amo» como con el de «patrono».

Un individuo podía ser el patrono de otro que a su vez lo era de un tercero. El diagrama siguiente muestra cómo podían estar relacionadas varias personas por los lazos del «patronato»:

El EMPERADOR nombra a SALVIO sacerdote de alta categoría

SALVIO obtiene contratos de obras para HATERIO

HATERIO ordena la distribución entre sus CLIENTES de la «sportula»

El emperador no tiene patrono. Él es el patrono más poderoso de todos.

Lista de control del vocabulario

altus, alta, altum – *alto, profundo*

angustus, angusta, angustum

– *estrecho*

ante – *antes de, delante de*

catēna, catēnae – *cadena*

cliēns, clientis – *cliente*

dux, ducis – *jefe, guía*

favor, favōris – *favor*

fraus, fraudis – *engaño, fraude*

haudquāquam – *de ningún modo*

īdem, eadem, idem – *el mismo,*

la misma, lo mismo

mōs, mōris – *costumbre*

neglegō, neglegere, neglēxī,

neglēctus – *descuidar*

ōrō, ōrāre, ōrāvī – *pedir*

patrōnus, patrōnī – *patrono*

praecō, praecōnis – *pregonero,*

heraldo

praetereō, praeterīre, praeterīi

– *pasar por delante,*

dejar de lado

prōgressus, prōgressa,

prōgressum –

habiendo avanzado

pūblicus, pūblica, pūblicum –

público

rationēs, rationum – *cuentas*

reficiō, reficere, refēcī, refectus

– *rehacer, reparar*

secō, secāre, secuī, sectus –

cortar

serēnus, serēna, serēnum –

sereno, despejado, tranquilo

spērō, spērāre, spērāvī – *esperar*

superbus, superba, superbum

– *orgullosa, arrogante*

tempus, temporis – *tiempo*

ubīque – *en todas partes*

vehō, vehere, vexī, vectus –

transportar

vinciō, vincīre, vīnxī, vīnctus –

atar

volvō, volvere, volvī, volūtus –

dar vueltas

in animō volvere – *meditar,*

pensar, reflexionar

vultus, vultūs – *semblante, rostro*



Euphrosynē

Euphrosynē revocāta



postrīdiē Euphrosynē domum
Hateriī regressa est. iterum tamen
praeō eam verbīs dūrīs abēgit.



servus eam hortātus est ut praeōnem
dōnīs corrumpere; sed Euphrosynē 5
ab eiusmodī ambiōne abhorruit.



septem continuōs diēs ā praecone
abācta, Euphrosynē dēnique in
Graeciam redīre cōstituit. hōc
cōsiliō captō, ad flūmen Tiberim 10
ut nāvem cōscenderet profecta est.



eōdem diē quō Euphrosynē discēdere
cōstituit, celebrābat Haterius diem
nātālem. grātulātiōnibus clientium
acceptīs, ōtiōsus in hortō sedēbat, in 15
umbrā ingentis laurī. subitō Eryllus
hortum ingressus est.

revocāta: revocāre *hacer volver*
regressa est *regresó, volvió*
hortātus est *instó, incitó*
eiusmodi *así, de esta manera, de esta clase*
ambitiōne: ambitiō *soborno, corrupción*

abācta: abigere *echar fuera, rechazar*
profecta est *se marchó, partió*
laurī: laurus *laurel*
ingressus est *entró*

Eryllus: domine! omnia quae mandāvistī parāta sunt. centum amīcī et clientēs ad cēnam invītātī sunt. iussī coquum cibum sūmptuōsum parāre, cellāriumque vīnum 20 Falernum veterrimum dēprōmere. nihil neglēctum est.

Haterius: nōnne petauristāriōs condūxistī? hercle! quam mē dēlectant petauristāriī!

Eryllus: quid dīcis, domine? hominēs eiusmodī cīvibus urbānīs 25 nōn placent. nunc philosophīs favet optimus quisque.

Haterius: īnsānīs, Erylle! nam philosophī sunt senēs sevērī. neque saltāre neque circulōs trānsilīre possunt.

Eryllus: at domine, aliquid melius quam philosophum adeptus sum. mē enim auctōre, philosopha quaedam, puella 30 pulcherrima, hūc invītāta est. ā Chrȳsogonō Athēnīs missa est.

Haterius: philosopham mīsīt Chrȳsogonus? optimē fēcistī, Erylle! philosopham nē Imperātor quidem habet. sed ubi est haec philosopha quam adeptus es? 35

Eryllus: iamdūdum eam anxius exspectō. fortasse iste praecō, homō summae stultitiae, eam nōn admīsīt.

Haterius: arcesse hūc praecōnem!

ubi praecō ingressus est, Haterius rogāvit utrum philosopham abēgisset necne. poenās maximās eī minātus est. praecō, verbīs 40 dominī perterritus, palluit; tōtā rē nārrātā, veniam ōrāvit.

praecō: domine, ignōsce mihi! nesciēbam quantum tū philosophīs favērēs. illa philosopha, quam ignārus abēgī, ad flūmen profecta est ut nāvem cōnscenderet.

Haterius: abī statim, caudex! festinā ad Tiberim! nōlī umquam 45 revenīre nisi cum philosophā!

domō ēgressus, praecō per viās contendit. ad flūmen cum advēnisset, Euphrosynēn in nāvem cōnscēnsūram cōnspexit. magnā vōce eam appellāvit. Euphrosynē, nōmine auditō, conversa est.

praecō: ignōsce mihi, Euphrosynē doctissima! nōlī discēdere! necesse est tibi domum Hateriī mēcum prōcēdere.

Euphrosynē: cūr mē revocās? odiō sunt omnēs philosophī Hateriō,
ut tū ipse dīxistī. Athēnās igitur nunc redeō. valē!

deinde praecō, effūsīs lacrimīs, eam identidem ōrāvit nē discēderet. 55
diū Euphrosynē perstitit; dēnique, precibus lacrimisque eius
permōta, domum Hateriī regressa est.

veterrimum: vetus *viejo*

dēprōmere *sacar*

petauristāriōs: petauristārius *equilibrista, acróbata*

optimus quisque *las personas más honorables, todas las gentes de bien*

sevērī: sevērus *severo, serio, austero*

circulōs: circulus *aro*

trānsilīre *saltar a través de*

at *pero, por el contrario*

adeptus sum *he conseguido*

mē...auctōre *por sugerencia mía, por indicación mía, a iniciativa mía*

quaedam: quīdam *un tal, un cierto*

iamdūdum *desde hace tiempo*

utrum...necne *si...o no*

minātus est *amenazó*

ignōsce: ignōscere *perdonar*

Euphrosynēn *acusativo griego de Euphrosynē*

cōnscēnsūram: cōnscēnsūrus *a punto de subir*

effūsīs lacrimīs *con lágrimas en los ojos, llorando*

cēnā Hateriī

nōnā hōrā amīcī clientēsque, quōs Haterius invitāverat ut sēcum diem nātālem celebrārent, triclinium ingrediēbantur. inter eōs aderant filiī libertōrum quī humilī locō nātī magnās opēs adeptī erant. aderant quoque nōnnūllī senātōrēs quī inopiā oppressī favōrem Hateriī conciliāre cōnābantur. 5

proximus Haterium recumbēbat T. Flāvius Sabīnus cōsul, vir summae auctōritātis. Haterius blandīs et mollibus verbīs Sabīnum adloquēbātur, ut favōrem eius conciliāret. ipse in prīmō locō recumbēbat. pulvīnīs Tyriīs innītēbātur; ānulōs gerēbat aureōs quī gemmīs fulgēbant; dentēs spīnā argenteā perfodiēbat. 10

intereā duo Aethiopes triclinium ingrediēbantur. lancem ingentem ferēbant, in quā positus erat aper tōtus. statim coquus, quī Aethiopas in triclinium secūtus erat, ad lancem prōgressus est ut aprum scinderet. aprō peritē scissō, multae avēs statim ēvolāvērunt suāviter pīpīantēs. convīvae, cum vīdissent quid 15 coquus parāvisset, eius artem vehementer laudāvērunt. quā rē dēlectātus, Haterius servīs imperāvit ut amphorās vīnī Falernī inferrent. amphorīs inlātīs, cellārius titulōs quī infixī erant magnā vōce recitāvit, ‘Falernum Hateriānum, vīnum centum annōrum!’ 20 tum vīnum in pōcula servī infundere coepērunt.

convīvīs laetissimē bibentibus, poposcit Haterius silentium. spectāculum novum pollicitus est. omnēs convīvae in animō volvēbant quāle spectāculum Haterius ēditūrus esset. ille rīdēs digitīs concrepuit. hōc signō datō, Eryllus ē tricliniō ēgressus est.

appāruērunt in līmine duo tubicinēs. tubās vehementer 25 inflāvērunt. tum Eryllus Euphrosynēn in triclinium dūxit. convīvae, simulatque eam vīdērunt, fōrmam eius valdē admīrātī sunt.

Haterius rīdēs Euphrosynēn rogāvit ut sēcum in lectō cōnsideret. deinde convīvās adlocūtus est. 30

‘haec puella’, inquit glōriāns, ‘est philosopha doctissima, nōmine



Euphrosynē. iussū meō hūc vēnit Athēnīs, ubi habitant philosophī
nōtissimī. illa nōbīs diligenter audienda est.’

tum ad eam versus,

‘nōbīs placet, mea Euphrosynē’, inquit, ‘ā tē aliquid philosophiae 35
discere.’

ingrediēbantur *estaban entrando*

inopiā: inopia *pobreza, necesidad*

cōnābantur *intentaban*

proximus *junto a*

adloquēbātur *se dirigía, hablaba*

pulvīnis: pulvīnus *cojín*

Tyriūs: Tyrius *Tirio (del color del tinte
procedente de la ciudad de Tiro)*

innītēbātur *estaba apoyado*

spīnā: spīna *mondadientes*

perfodiēbat: perfodere *hurgarse,
mondarse*

lancem: lānx *plato, fuente*

scinderet: scindere *cortar, trincar*

pīpīantēs: pīpiāre *piar*

convīvae: convīva *comensal, convidado*

titulōs: titulus *etiqueta*

īnfīxī erant: īnfīgere *fijar, pegar*

īnfundere *servir, escanciar*

pollicitus est *prometió*

editūrus esset *iba a presentar*

digitīs: digitus *dedo*

concrepuīt: concrepāre *chascar*

fōrmam: fōrma *belleza*

admīrātī sunt *admiraron*

adlocūtus est *dirigió la palabra*

glōriāns *vanagloriándose,
jactanciosamente*

Gramática

- 1 Observa atentamente estos ejemplos:

clientēs pecūniam rapere *Los clientes intentaban coger el*
cōnābantur. *dinero.*

praecō tandem **locūtus est.** *Finalmente el heraldo habló.*

Fíjate en la forma y en el significado de las palabras que van en negrita. Estos verbos tienen *forma pasiva* («-bantur» «-tus est») pero *significado activo* («intentaban», «habló»). Los verbos de esta clase se llaman *deponentes*.

- 2 Observa atentamente las formas siguientes de dos verbos deponentes muy usados:

presente de indicativo

cōnātur	<i>intenta</i>	loquitur	<i>habla</i>
cōnantur	<i>intentan</i>	loquuntur	<i>hablan</i>

pretérito imperfecto de indicativo

cōnābātur	<i>intentaba</i>	loquēbātur	<i>hablaba</i>
cōnābantur	<i>intentaban</i>	loquēbantur	<i>hablaban</i>

pretérito perfecto de indicativo

cōnātus est	<i>intentó</i>	locūtus est	<i>habló</i>
cōnātī sunt	<i>intentaron</i>	locūtī sunt	<i>hablaron</i>

pretérito pluscuamperfecto de indicativo

cōnātus erat	<i>había intentado</i>	locūtus erat	<i>había hablado</i>
cōnātī erant	<i>habían intentado</i>	locūtī erant	<i>habían hablado</i>

- 3 Otros ejemplos:

- 1 spectātōrēs dē arcū novō loquēbantur.
- 2 captīvus effugere cōnātus est.
- 3 sacerdos ē templō ēgrediēbatur.
- 4 fabrī puellam cōspicātī sunt.
- 5 sequēbantur; ingressus est; precātur; regrediuntur; profectī erant; suspicātus erat.

- 4 Te has encontrado ya el *participio perfecto* de varios verbos deponentes. Por ejemplo:

adeptus	<i>habiendo obtenido</i>
hortātus	<i>habiendo animado</i>
regressus	<i>habiendo regresado</i>

Compáralos con el participio perfecto de algunos verbos no deponentes:

<i>deponentes</i>	<i>no deponentes</i>
adeptus <i>habiendo obtenido</i>	dēceptus (<i>habiendo sido</i>) <i>engañado</i>
hortātus <i>habiendo animado</i>	laudātus (<i>habiendo sido</i>) <i>alabado</i>
regressus <i>habiendo regresado</i>	missus (<i>habiendo sido</i>) <i>enviado</i>

Observa que el participio de un verbo deponente tiene significado *activo*; en cambio el participio de un verbo no deponente tiene significado *pasivo*.

- 5 He aquí otros ejemplos de participios perfectos de verbos deponentes y no deponentes:

<i>deponentes</i>	<i>no deponentes</i>
cōnspicātus	portātus
ingressus	iussus
profectus	afflīctus
locūtus	audītus
cōnātus	vulnerātus

Una vez leída esta narración contesta a las preguntas que vienen a continuación.

philosophia

Euphrosynē convīvās, quī avidē spectābant, sic adlocūta est:

‘prīmum, fābula brevis mihi nārranda est. ōlim fuit homō pauper.’

‘quid est pauper?’ rogāvit cōsul Sabīnus, quī mīlle servōs habēbat. 5

quibus verbīs audītīs, omnēs plausērunt, iocō dēlectātī. Euphrosynē autem, convīvīs tandem silentibus,

‘hic pauper’, inquit, ‘fundum parvum, uxōrem optimam, liberōs cārissimōs habēbat. strēnuē in fundō labōrāre solēbat ut sibi suīsque cibum praebēret.’ 10

‘scīlicet īnsānus erat’, exclāmāvit Apollōnius, quī erat homō ignāvissimus. ‘nēmō nisi īnsānus labōrat.’

cui respondit Euphrosynē vōce serēnā,

‘omnibus autem labōrandum est. etiam eī quī spē favōris cēnās magistrātibus dant, rē vērā labōrant.’ 15

quō audītō, Haterius ērubuit; cēterī, verbīs Euphrosynēs obstupefactī, tacēbant. deinde Euphrosynē,


‘pauper’, inquit, ‘neque dīvitiās neque honōrēs cupiēbat. numquam nimium edēbat nec nimium bibēbat. in omnibus vītae partibus moderātus ac temperāns esse cōnābātur.’ 20

L. Baebius Crispus senātor exclāmāvit,

‘scīlicet avārus erat! nōn laudandus est nōbīs sed culpandus. Haterius noster tamen maximē laudandus est quod amicīs sūmptuosās cēnās semper praebet.’

huic Baebīi sententiae omnēs plausērunt. Haterius, plausū audītō, oblītus philosophiae servīs imperāvit ut plūs vīnī convīvīs offerrent. Euphrosynē tamen haec addidit, 25

‘at pauper multōs cāsūs passus est. liberōs enim et uxōrem amīsīt, ubi afflīxit eōs morbus gravissimus; fundum amīsīt, ubi mīlitēs eum diripuērunt; libertātem amīsīt, ubi ipse in servitūtem ā mīlitibus vēnditus est. nihilōminus, quia Stōicus erat, rēs adversās semper 30



Relieve que muestra a un agricultor que lleva sus productos al mercado. En la parte superior izquierda vemos una capillita con un dios en la portada.

aequō animō patiēbātur; neque deōs neque hominēs dētestābātur.
dēniq̄ senectūte labōribusque cōfectus, tranquillē mortuus est.
ille pauper, quem hominēs miserrimum exīstimābant, rē vērā fēlix
erat.’

35

philosophia *filosofía*
suīs: suī *los suyos*
scilicet *por supuesto, naturalmente*
rē vērā *realmente, en efecto*
Euphrosynēs *genitivo griego de*
Euphrosynē
edēbat: *edere comer*
moderātus *moderado, mesurado*
temperāns *comedido, moderado*

culpandus: *culpāre culpar, censurar*
plausū: *plausus aplauso*
cāsūs: *cāsus desgracia, infortunio*
Stōicus estoico (*seguidor de la filosofía*
estoica)
patiēbātur *soportaba*
senectūte: *senectūs vejez*
tranquillē *sosegadamente*
exīstimābant: *exīstimāre considerar,*
creer

Haterius cachinnāns ‘num fēlicem eum exīstimās’, inquit, ‘quī tot cāsūs passus est?’

Hateriō hoc rogantī respondit Euphrosynē,

‘id quod locūta sum nōn rēctē intellegis. alia igitur fābula mihi nārranda est. ōlim fuit homō dīves.’ 40

sed cōsul Sabīnus, quem iam taedēbat fābulārum, exclāmāvit,

‘satis philosophiae! age, mea Euphrosynē, dā mihi ōsculum, immo ōscula multa.’

Rabīrius Maximus tamen, quī cum haec audīvisset ēbrius surrexit, 45

‘sceleste’, inquit, ‘nōlī eam tangere!’

haec locūtus, pōculum vīnō plēnum in ōs Sabīnī iniēcit.

statim rēs ad pugnam vēnit. pōcula iaciēbantur; lectī ēvertēbantur; togae scindēbantur. aliī Sabīnō, aliī Rabīriō subveniēbant. Haterius hūc illūc currēbat; discordiam compōnere 50 cōnābatur. eum tamen currentem atque ōrantem nēmō animadvertit.

Euphrosynē autem, ad iānuam triclīniī vultū serēnō prōgressa, convīvās pugnantēs ita adlocūta est:

‘ēn Rōmānī, dominī orbis terrārum, ventris Venerisque servī!’ 55

quibus verbīs dictīs, ad flūmen Tiberim ut nāvem quaereret profecta est.

rēctē *correctamente, bien*

immo *mejor dicho, o incluso*

compōnere *apaciguar, arreglar*

animadvertit: animadvertere *prestar atención, advertir*

orbis terrārum *el mundo, la tierra*

Veneris: Venus *Venus (diosa del amor)*

- 1 ¿Por qué resulta un fracaso la «clase» de filosofía de Eufrosine?
- 2 Lee de nuevo el comentario de Eufrosine «ille pauper...rē verā fēlix erat» (líneas 34-35). ¿Tiene razón Haterio cuando dice que es un comentario estúpido? ¿Es por el contrario un comentario válido?

Gramática

- 1 En la Escena 26 te has encontrado el gerundivo en oraciones como ésta:

mihi currendum est. *Tengo que correr / Debo correr.*

- 2 En la Escena 32 te has encontrado más oraciones que contenían gerundivos. Por ejemplo:

mihi fābula nārranda est. *Tengo que contar una historia.*

Compárala con la otra forma de expresar la misma idea: *necesse est mihi fābulam nārrāre.*

- 3 Otros ejemplos:

1 mihi epistula scribenda est.

